Rara

75
3801

48/75/3801(X)

Masterfiche vorhanden

48/75/3801X.

# Declamatio Philippi beroaldi de tribus fratrib᷒. ebrioſo:ſcortatore ⁊ luſore.

# Germania Jacobi wimpffelingij ad Rempublicã Argen̄.

# Ad vniuerſitatẽ heydelbergen̄ Oratio Ja. wimpfe. S. de annũtiatione angelica.

Diſtichon ad Lectorem.

Dulcis ephębe tibi placeat labor hic Beroaldi
Ne te corrumpant ocia: vina: venus.

# Declamatio

In declamationes Philippi
Beroaldi Ioannes gallinarius.

Non adeo ycaridi placuit peregrinus vliſſes
Non adeo proprio tindaris ipſa viro
Non adeo Eridani gaudent in flumine olores
Non adeo Eurotam pallida laurus amat
Non adeo cupido grata eſt noua ſponſa marito
Non adeo iuuenem virginis ora mouent
Non adeo cytharę placantur pectora motu
Non adeo feſſum mulcet amica quies
Non adeo fuluis auidus ſtudet uſq; metallis
Non adeo ſitiens pocula plęna petit
Non ſolet uſq; adeo pugil exultare triumpho
Non adeo forti plaudere miles equo
Quam mihi facundi placuerũt ſcripta Philippi
Docto melliſluos qui dedit ore modos.

Iacobus wympfelingius Sletſtati
nus Iacobo Sturm bone indolis ac
nobilis proſapię adoleſcenti. S.P.D.

SEquentem Philippi Beroaldi viri omniũ humanarꝝ litterarꝝ doctiſſimi declamationẽ arbitror/ abs te mi dulciſſime Iacobe/ tuto & cũ fructu lectum iri poſſe/ qđ in vicia q̄bus adoleſcẽtia plerũq; corrũpit̃ inuehit atq; inſurgit ebrietatem ſcꝫ: ludos fortuitos: et meretriciũ amorẽ. Primũ diuina lege interdictum eſt/ Secundũ humanis legibus vetitũ om̄i honeſtati aduerſatur/ Tertiũ hominẽ excecat & inſanire facit Taceo qđ ex his vicijs (licet per ſeſe ad infamiã & iehennã ſufficiant) naſcunt̃ atq; in eis nutriunt̃ atrociſ

FREIE UNIVERSITÄT BERLIN UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK

48/75/3801(X)

ſima flagicia/atq; erubeſcenda pericula. Nec ad ali-
qd' hoꝝ viciū mi Iacobe te adducāt argumentatiões
quibus hij tres fratres vſi ſunt: Nihil em̄ tā turpe eſt/
tamq; horrendū/qd' nō mendacibus & fucatis vela-
mentis adumbrari purgariq; poſſe videat': tāta eſt vis
dicendi. Neq; poſt imbibitas triplicis philoſophię
litteras/ſi leges & canones auditurus es (mallem ꝓo
ſacras te litteras amplexuꝝ) ſtudiū tuū & oēm eius
finē applicabis ad cumulandas eccleſiaſticas preben
das/nec ad defenſandas impias cauſas/aut iuſticiā ꝓ
rogandā/utrūq; hūc ſtudij finē & affectū certo ſcias
tum deo tū grauibus viris inuiſum eſſe & odioſum.
Memēto deniq; Franciſcū petrarcham legū ſtudiū
deſeruiſſe/nō qd' leges male ſint: ſed quia eaꝝ vſus
neqtia hominū deprauat'. Itaq; piguit eū diſcere (ut
ſuis ꝟbis utar) q̄ inhoneſte uti nollet: & honeſte vix
poſſet. Tu ergo verus honeſtatis amator: dei carita-
tē: ꝓximoꝝ beniuolentiā/ famę tuę claritudinē/ to
tius familię honorem/animęq; tuę ſalutē (ad quā ſa
craꝝ litteraꝝ ſtudia cōducūt) multis p̄bendis & pō-
pe ſeculari p̄ponas oro flagitoq; Memēto nobilē &
generoſum Comitem Picum de Merandola non le
gum aut canonū/ſed philoſophię ſacrarūq; litteraꝝ
ſtudio maximā & immortalem ſibi ſuęq; familię glo
riam peperiſſe Cogita Petrū Schottum auie tue ma
terne fratrem humanaꝝ legum doctiſſimū vehemē
ter doluiſſe. qd' nō vere ſapientię ſtudio: hoc eſt the
ologię maturius fuerat traditus atq; dedicatus. Va-
le fœlix ex Heremitorio diui Guilhelmi in ſuburba-
no Argeñ. xiiij kalendas Decembris. Anno. 1501

# Declamatio

Ad venerabilem & eruditũ Sigiſmundum Goſſin
gerum Eccleſiæ wratiſlauienſis Canonicum Philip
pi Beroaldi bononienſis Epiſtola.

ſ Citi elegantiſq; conuiuatoris eſt/nõ tam ap
paratu ferculorum inſtruere: q̃ lepiditate fa
bulorum hilarare conuiuium. Q ueſtiones
aũt conuiuales eſſe debent/neq; nodoſe: neq; auſte
re; ſed iocunde & inuitabiles ſuper rebus/ad cõmu
nem uſum vitę pertinentibus: cũ quadam facilitatis
illecebra: Q uibus ingenia conuiuarꝝ venuſtiora fi-
ant; Et quodam quaſi incitabulo foueantur. quod ſa
ne genus veteres adeo probarũt. ut de cõuiualibus
queſtionibus Ariſtoteles. Et plutarchus & apuleius
noſter volumina cõſcripſerint. ut Aſellius ſabinus
dialogum feſtiuiſſimũ condiderit. In quo Boleti &
ficedulæ & oſtreæ & turdi/ſuper principatu Ganeæ
certamen inducitur: Ex hoc genere ludicrarꝝ queſti-
onum (nimirum) illa tua eſt. Sigiſmunde mi amabi
liſſime: quã mihi diſſoluendam propoſuiſti. Scribis
enim ad me in epiſtola eloquenter eleganterq; con-
ſcripta/ortam eſſe apud te inter coepulones atq; cõ-
prãſores tuos Ludicram. & vere conuiualem diſpu-
tationem; videlicet quis fedior: nequiorve ſit haben
dus/ meretricarius an Aleator/an temulentus: qđ
deniq; ex his tribus vitijs ſit culpatiſſimũ. Conſulis
me adhibes pręces/vt libello tibi explicem; quid ſu
per hac re ſentiam. Et tanq̃ honorarius arbiter cõtro
uerſiam hanc ipe dijudicem: Ego q̃ libentiſſime mo
rem gero id genus hominibus; quibus dare benefi-
ciũ eſt accipere. ſumpto calamo hanc ioculatoriam
diſputationem explicaui ſtilo declamatorio pleneq;
ſcholaſtico. Ita eñ credidi rem planius lucidius ma-
nifeſtius liquere poſſe; ſi hoc charactere explicarem

Cæterũm: quia ſocraticum eſt & academicum nihil affirmare/ego nihil decerno ut dogmatiſtes: verꝝ ut opinator. Id opinor & probo qđ in vltimo poſitũ le ges: ſic varro: ſic cęteri in extremo collocant: qđ ma xime probant. Et cũ ſuũ cuiq; iudicium ſua ſenten tia ſit: ſequatur unuſquiſq; qđ maxime ꝓbabile ex iſtimabit: Ego vero quicquid ideſt libelli tibi nuncu pati Dono dicoq; Sigiſmunde goſſinger nõ minus eruditione & nobilitate q̃ religione monſtrabilis: q vt eloquentiæ cultum: ſine qua homo totus incul tus: Caperes: ut ingenuas diſciplinas haurires ut bar bariem exueres veniſti non pridem in Italiam: fuiſti Romæ aliquot annos vigilantiſſimus Romanę aca demiæ cultor. Vbi eloquentia latialis nata educata q; eſt: unde tu ſuffarcinatus auro & argento/hoc eſt eloquio & doctrina. In patriam remigraſti: non ſolũ Canonicatu digniſſimus: ſed et epiſcopatu. Vbi ſtu dia humanitatis repaſtinans indies cultior: doctior: honoratior exiſtis. Gaudeo qđ cõmentarios meos cũprimis ꝓbas & quecũq; ex incude noſtra litterato ria formata cuſaq; circunferũtur: habes cõtinenter in manibus. Q ue cũ tu: cum pleriq; omnes tui ſimi les probent/idq; mihi ꝑ epiſtolas quotidie ſignificẽt facile adducor (ut credam) nõ eſſe inuenuſtiſſima. Et ut græce dicit Amuſotata: que tantoꝝ viroꝝ iu dicio cõprobãtur. Nec em̃ credibile eſt: tam multos aut aſſentari aut falli: Itaq; mihi blandior: & hoc inui tamento illectus Cõmentarios Apuleianos ſubſici uis temporibus ꝓduco. V exitur opus ſane luculen ter. & intra duos ad ſummũ ſeſquimenſes abſoluti edolati impreſſi in publicum ꝓgredientur: Q uoꝝ tu quoq; fies particeps: Interim accipe libellum hũc quem expetiſti: Ioculatoria diſputatione feſtiuum le

pidula eruditione inuitabilem: Declamatorio ſtilo contextũ; quẽ ſuadeo, aut ſuper cenã legas; aut poſt cenã (ſic eñ opinor) faciet ad ſtomachum, cũ matu-tino & ſobrio ſeria atq; auſtera cõueniant: quicquid id eſt letus cape: & libellum hilaritudinis plenũ hila-ri fronte ſuſcipito. Vale: & amiciciam cole.

Argumentum.

p Ater qui tres filios habebat / unũ ſcortatorẽ Alterũ aleatorem / Tertiũ ebrioſum: mori-ens in teſtamento ita ſcripſit: Ex filijs meis turpior vitioſiorq; exheres eſto. Poſt mortem patris conten dunt fratres / quiſnã exheredatus eſſe dicaẽ. Res agiẽ apud iudices p quandã quaſi Anticategoriam / hoc eſt mutuã accuſationem: quã quidã cõcertatiuã nũ-cupant: in pleriſq; cõtrouerſijs priſci declamatores uti cõſueuerũt pſona aduocati: propter aliq; ipſius q cauſam dicit deformitatem & vitij turpitudinẽ. Hic quãq; perſone fratrũ inhoneſtæ ſint & turpes: vt illis pro ſe loqui nefas eſſe debuerit: Ego tamen exiſtima ui totam cauſam planius explicari & vehementius agi poſſe: ſi ipſi ſemet mutuis criminationibus pul-ſarent: q̃ ſi per aduocatum res ageretur: Primas par tes Ebrioſo dedi: ut contra duos unus dicat: ut mox unus a duobus retaxetur: Conditio huiuſcæ cauſæ illa eſt / vt pro ſua quiſq; ſalute ſollicitus nihil depro ximo cogitet. Lector attende Letaberis.

Anticate goria

Ebrioſus contra Scortatorem & Aleatorem.

n On ignoro iudices quanto onere cauſa no-ſtra prematẽ, ex hoc parentis elogio: propter

qđ fit ut ſordes noſtræ inuulgentur: ut probra no-ſtra in ꝑpatulo cōſpiciant. Et qđ maxime cauendū fuerat: ut accuſatione mutua frater inuehi cogat in fratres. Sed q ſemel labe vitioſitatis infectus ſeque-ſtrato pudore frontē perfricuit/qui famæ contēptor eſt. non tā infamiā veretur ꝗ͂ famem timet: Creditq̨ ꝓuerbio græco clamitanti miſerrimū eſſe fame mo-ri. Et qđ paraſitus ille Plautinus dixit: putat eſſe ve-riſſimū: miſerrimus eſt: qui cū eſſe cupit quod edat nō habet: proinde iudices ne ego eſuritione tabeſcā: ſi exheredatus a patre ſententia veſtra pronūcier: ne inter mendicos ſedens manū ad ſtipem porrigere co-gar: agam hodierno die cauſam meā aduerſus duos fratres. & potentiſſimis argumentis demonſtrabo/ vel alterum/vel utrumq̨ nimirum eſſe quem pater exheredatum eſſe voluerit Quāuis mihi ſatis ſuper q̨ eſſe debuiſſet/ ad exheredationem effugiendam vos edocuiſſe alterꝝ ex fratrib⁹ eſſe ꝗ͂ me ſordidiorē perditioremq̨: Verū ut res magis colliqueſcat ſepa-ratim atq̨ diuiſim/ vtrunq̨ inceſſere/mihi in animo eſt: ut poſt explicatas unius ſordes: alterius quoq̨ maculoſam vitam inſectanter inuadam. Quamꝗ͂ non me pręterit/quā ſanctum ſit nomen fraternita-tis /ꝗ͂ arcta fratrum coniunctio/ quā frater diligen-dus utpote quaſi fere alter dictus: Sed mihi non tam fraternitas hoc tempore colenda eſt ꝗ͂ mendicitas ca uenda. Verum eſt profecto illud verbū vetus. Om-nes ſibi melius eſſe malle quā alteri: quiſq̨ ſibi proxi mus eſt. & tunica pallio propior. Cæterum ne longi ore ꝗ͂ par ſit exordio vos morer. Iam cōtrouerſiam ipſam ex teſtamento paterno deriuatā quæſo diſpi-cite. Iubet pater eum ex nobis exherędatum eſſe/ qui ſit vitioſior: quis non intelligit quis non videt

Miſerri-mū fame mori.

Frater fere alter

Quiſq̨ ſi bi ꝓximus eſt

ſiue verba: ſiue voluntatem ſcriptoris intueri libeat
ſcortatorem deſignari: quo vitioſior nullus exiſtit:
Teſtamentũ potentiſſimũ eſt: Vltima defuncti volũ
tas rata eſſe debet: hæc vobis ſpectanda eſt: ad hanc
perinde ac ſcop'on ſententia veſtra dirigenda. Ait pa
ter: vitioſior ex filijs exheres eſto: Scio me bibacem
eſſe/& vini cupidiſſimũ. Sed hoc (ſi vitiũ eſt) longe
profecto minus eſt ꝙ̃ fraterna ſcortatio/labeſq; me-
retricaria Nam ut prius cũ amatore meretricis agam
quid poteſt fedius eſſe: quid vitioſius: ꝙ̃ amore me
retriculæ turpiſſimo torqueri & inſanire: inter ſcor-
ta non tam degere ꝙ̃ deliteſcere: Vbi patrimonij fa
mæq; diſpendium fiat. ubi ex libero ſeruus euadas/
ſiſq; ſeruituti indigniſſimæ mancipatus: omnis ſerui
tus homini ingenuo & liberaliter educato intoleran
da eſt: ille vero ultroneam ſubit ſeruitutē & eam qui
dem indigniſſimã qui meretricarijs pędicis implica
tur: cui mulier imperat: cui leges imponit: pſcribit:
iubet q̃ nihil imperanti negare poteſt: nihil audet re-
cuſare: poſcit dandũ eſt: vocat veniendũ: eijcit abeũ-
dum. minat̃ extimeſcendũ. Duo ante oĩa ſunt: q̃
mortales magnipendũt: fama & opes: Quid eñ p
deos immortales mortalibus contingere poteſt illu
ſtrius ꝙ̃ nominis ſplendor ꝙ̃ fama ꝙ̃ gloria: Cuius
cauſa tot erũne tot ſudores: tot vigiliæ. ultro ſubeun
tur ac tolerant̃: ut non immerito cecinerit Valerius
Flaccus: Tu ſola animos mentem q; peruris gloria:
Vt veriſſimũ ſit illud Solomonis Melius eſt nomē
bonũ ꝙ̃ diuitiæ multæ: prętera qd utilius: qd dul-
cius: qd beatius ꝙ̃ opulentũ patrimoniũ ꝙ̃ diuitiæ
luculentæ: Quarũ cauſa impiger extremos currit
mercator ad indos: propter quas vita mortaliũ facta
eſt laborioſa. Et irrequieta. ſunt pleriq; q morte poti-

Non ſit alterius q ſui iuris eſſe poteſt.

Fama & opes.

orem ꝗ̄ egeſtatem putent: qbus intolerabilis videatur nuda illa vita & oĩbus qbuſcũq; ante habundauerint deſtituta. Apud nabatheos: q opes imminuit publice mulctatur: q auget honore afficit. Quas tam græci ꝗ̄ barbari cũ tertiũ locũ bonoꝝ tenere debeant: primo tamẽ in loco collocãt: ut auctor eſt Plato. Atqui utriuſq; huiuſce boni iacturã facit meretricarius: Namq; amationes meretriciæ grande ferunt una cũ damno dedecus: infamiam afferũt opes auferunt: Male conſulit & rei & famæ mulierarius amator: Quibus homini detractis nihil plane erit illo deſpectius: nihil notatius. Itaq; amator deſpectiſſimus notatiſſimusq; eſt habendus. q ſcorto honeſtum officium poſtponẽs q in gurguſtio deliteſcẽs aſſiduis pulſatur infamijs patrimonij decoctor: mendicitatis infamiſſimæ coagulum: Bonã deperdere famã rem patris oblimare malũ eſt ubicũq; (ut inquit) Satyrographus Amator ut plautinus ſeruus feſtiuiter enarrat. bona ſua pro ſtercore habet: foras iubet ferri/ domi quicqd habet perdit: quãdoqdem ipſe perditus eſt: Meretrices ut dicũtur ita profecto ſunt procaces nullus eſt finis poſcendi nullus dandi: ut amatoris libido rediuiua reſurgit eſtq; inexplebilis: ſic meretricis. eſt inexaturabilis ꝓcacitas. Et cũ hodie aliquid dederis: hodie quoq; aliud dandum eſt: Et cũ ſcorti pretium unus ſit panis ſi Solomoni credimus Argẽtariam ſalutẽ ab Amaſio quotidianã depoſcit: Exenteratq; quotidianis ictibus marſupium: Meretrix tãtiſper blanditur dum illud qđ rapiat videt: Amator quã diu habet qđ det tam diu illi arrident edes meretriciæ & patent fores: Vbi deſpoliatus inopia argentaria laborat foras extruditur: Nonne comedia humanæ vitæ ſpeculum eſt: at qui apud comicos poe-

Mos nabatheorum.

tas tota eſt meretricarij amoris inſectatio: Adoleſcẽ-
tes in ſcortis male audiunt: patres filios a turpi amo
re meretricis auocare abducere: Auellere omnibus
viribus neruiſq; cōtendunt: Vt id nobis documento
Suauiatio-nes. ſit vitandas eſſe meretricũ illecebras. fugitandas ſua
uiationes poſcinũmias Quarum vafricias: laqueos
Poſcinummiæ. pecunie petitiones. illicia: blandiciaſq; viſcatas / enumerare quis poſſit:
In mercatore Plautinus pater Charinum filium vi-
ſco muliebri implicatiſſimum caſtigatione clamo-
ſa & obiurgatorio ſono ad bonam frugem reuocare
contendit: Tanquam nihil peræque diſpendioſum
rei ſit & moribus ac amor: In truculento ſeruus me-
Meretrix vt mare retricem ego inquit item eſſe reor mare ut eſt: quod
des deuorat nunq; habũdat: In aſinaria ait adoleſcẽs
deſpoliarus & excluſus mare nõ eſt mare. Vos eſtis
mare acerrimum: In ciſtellaria: meretrix fortunati eſt
oppidi ſimillima non poteſt ſuam rem obtinere ſola
ſine multis viris: In ſticho qui poteſt mulieres vitare
vitet. Apud declamatores inducuntur patres / qui
elogio teſtantur exherędatos a ſe filios: propter ea
Decalog⁹ quod meretrices amauerint. In decalogo legis domi
nica præcepta decem dei digito conſcripta continen
tur: Quibus recte viuendi formula pręſcribitur /
homines ad ſanctitudinem inſtituuntur: inter quæ
Non mœchaberis. illud eſt memoratiſſimum. nõ mœchaberis. Quo
verbo non ſolum interdicitur nobis adulterium cũ
alienis vxoribus: ſed & omnis fornicatio: quippe in
Canonicis ſcripturis. ut docet diuus Auguſtinus: &
in Decretis. xxxij. queſtione quarta proditum eſt.
nomine mæcchie omnis fornicatio omniſque illi-
citus concubitus ſignificatur: Siquæ a pontificibus
decreta ſunt ſeruari debent: quãto magis quæ a deo.
Tu qui ſcortator & meretricij amplexus aſſectator

es: nonne vides te facere cõtra diuinũ interdictum? Sed qui pręcepit non mecchandum. Idem in eodem decalogo haud quaꝗ̃ pręcepit non bibendum: Ad hæc Amor formæ rationis obliuio eſt inſaniæ proximus. Turbat conſilia. Altos & generoſos ſpiritus frangit: A magnis cogitationibus ad humillimas retrahit/ Querulos iracundos. Temerarios dure imperioſos. Seruiliter blandos omnibus inutiles ipſi nouiſſime amori facit. Nam cum fruendi cupiditate inſatiabili flagrat plura tempora ſuſpicionibus lachrymis cõqueſtionibus perdit/ Odium ſui facit & ipſe nouiſſime odium eſt: Hæc luculenta diui Hieronimi peroratio quem non meretricariorum atꝗ̃ amatorum rubore ſuffundat? Quis Amaſius talia audiens non repente ſe damnet? veluti feda vitioſitate maculoſum? Quis venereus miles non hæc in ſemetipſo recognoſcens ingemiſcat? nãꝗ̃ amorem amatoremꝗ̃ cuncta hæc vitia ſectari ſolent. Cura/ Egritudo/ Inſonnia/ Erumna/ Ineptia ſtulticia & temeritas incogitantia/ Cupiditas: petulantia/ Auiditas/ Deſidia: Inopia/ Contumelia & diſpendium. Amor carnificinam commentus eſt. Amor amara dat mores hominum moros & moroſos facit. Amatoris animus clauo cupidinis fixus apud ędes meretriceas retinetur. Viuitꝗ̃ in alieno corpore: adeo vt plautinum illud dicere meritiſſimo poſſit. Vbi ſum ibi non ſum: Vbi non ſum ibi eſt animus. Quid nonne in vulgari maledicto conuitioꝗ̃ quotidiano eſt nomen ſcortatoris? Nonne in confeſſo eſt amorem furorem eſſe & meretrices famoſas? Sectari autem rem furibundam nonne furere eſt? Sectari rem infamem nonne infamiæ proximum atꝗ̃ confine? Ad hæc Amator ſæpe crudeli feritate graſſatur ac furit

hieronimꝰ

Plautina

obriualitatis ſuſpitionem.meretricū eñ non eſt vnū inſeruire amantē: ſed fouere cōplures. Et ex multiplicibus racemis ſibi facere vindemiā.Hinc bella iniuriæ ſuſpitiões in milicia amatoria:hinc marius bellade percuſſa ſe pręcipitat:hinc amator non ſolū miſer & erunmoſus verūetiā turpiſſimus criminoſiſſimuſqꝫ cenſetur. Quāto me magis iudices excutio/ tanto plura ſuccurrunt ad taxandam meretricarij fratris feditatem. Et in primis illud Apoſtoli Pauli qui

Apoſtolus Paulus.

euidenter oſtendit vitium fornicationis inter reliqua eſſe ſpurciſſimum:qui Corinthios inſtituens ita proclamat.Fugite fornicationem omne enim peccatum quodcunqꝫ fęcerit homo/ extra corpus eſt. Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. Adde qđ qui cupit bibere non erubeſcit id palam profiteri.Et manū in propatulo porrigere ad poculum. q vero deſiderio rei venereę detinetur furtim id agit et clanculum:Cum cupiditatis erubeſcendæ depudeſcat:nō credis id mihi: audi nobiliſſimū philoſophorum Ariſtotelem in problematis ita diſquirentē Cur

ariſtoteles in problematis.

homines rem agere veneream cupientes confiteri ſe id cupere maxime pudet: bibendi autem aut edendi deſiderio cū teneantur confiteri non pudet: poſſem infinita prope congerere:ſed adhibendus eſt modus quē in rebus oĩbus utiliſſimum perhibent: Igitur o frater.Cū in ſcortis male audias ſcito hoc eſſe omni probro probroſius omni turpitudine turpius:In tantū.ut nullus ignoret ſcortari/ & in meretricario cenobio ſe & ſua nequiter profligare: id dici & eſſe poſtremiſſimum vitiorum:quod nec ipē opinor frater inficiaris.Cum improborꝫ mos ſit nō improbitatem occulere:ſed ex ipſa vitioſitate gloriari.

De Aleatore.

Verum hæc de ſcortatore ac meretricario dixiſſe ſa

tis ſuperq́ ſit. Tranſeamus agedum ad Aleatorem: quem non minus feda vitij labe maculoſum eſſe cõfirmo: adeo ut multa quæ in illum dicta ſunt in hũc peræque retorqueri poſſint Et alia pleraq́ quæ dum a nobis perpenduntur quęſo diligenter attendite.

Alea res damnoſa eſt ac turpis: furtorꝫ ac rapinæ cõciliatrix: malarꝫ cogitationũ parens: hominis interioris carnificina: virtutũ atq́ omnis honeſtæ meditationis expultrix: Irarum maledictorũq́ in deos homineſq́ ſuſcitabulũ: Cui qui mancipati ſunt ſemper angore torquentur: ſemper triſtitudo illorꝫ vultus innubilat: ſemper deſperanter: ſemper furenter omnia agentes conſpiciuntur. Nimirum id vitium eſt: qđ ſcriptores omnes proſcindunt infamant criminãtur: quod a legum conditoribus male mulctatur. Ariſtoteles inclytiſſimus philoſophorũ quarto ethicorꝫ volumine Aleatores infamat. Illiberales eſſe & in ſordido lucro verſari ſcribens: Apud iuriſcõſultos Titulus eſt de Aleatoribus. Quo animaduerſio coſtituitur in eos quoq́/qui ludere compellunt: Senatuſconſultum vetus pecuniam ludere interdicit. Quinetiam. M. Tullius auctor eſt. lenticulam M. Antonij Colluſorem lege de alea eſſe cõdemnatum. Qui hominem nequiſſimum ob id vocat Antoniũ. ꝙ in foro atq́ in propatulo alea luderet: Oratius quoq́ Aleam legibus interdictam tanq́ rem improbam oſtendit illo verſiculo Seu malis vetita legibus alea: Nonne inter Catulliana maledicta ſunt Aleones quoq́: ſic enim priſci aleatores nominitabãt Nonne confeſſum Aleatorꝫ in ludo Talario turpiſſimũ eſſe dixit Arpinas orator? Nonne alea pernox? Nonne animoſus aleator ſatyrico dente perſtringitur? Quiſquis inuentor Aleæ extitiſti: tecum enim

Vituperatio Aleæ.

Lex de aleatoribus

13

mihi res eſt: nõ rem voluptariam vt vulgo creditur: ſed peſtiferã ac detrimẽtoſam es commentus: quæ multos ad mendicitatem redactos. furaces: graſſato res: ſacrilegos fieri coegit. Et quoniam non eſt nobis hæc oratio habenda apud imperitos iudices. neq; in conuentu ruſticano liberius paulo de ſtudijs huma‑ nitatis ac litteris interioribus diſputabo. Nec nõ ex ſecretarijs platonicis eruta inuulgabo: Plato philoſo phorꝫ deus refert in phędro fuiſſe demonem neſcio quem ex vetuſtiſſimis dijs egyptiorum: cui dicata ſit ibis Auis illa Egypti peculiaris. Non autem ciconia vt vulgo creditur: quæ Roſtri aduncitate per aluum ſeſe perluens Clyſteris vſum demonſtraſſe mortali‑ bus Proditur: Demonem autem hunc Theuth: ſiue theutatem primum inueniſſe Geometriam / Aſtro‑ nomiam / Arithmeticam. & litteras: eundem talorũ aleæq; repertorem extitiſſe: Dignum ego ampliſſi‑ mo pręconio Theutatem iudico iudices quatenus litteras & diſciplinas ingenuas inuenit: Quod ve‑ ro Talarium ludum Aleamque primus oſtenderit feda ſuggillatione notandum cenſeo. Adeo vt mala bonis comparata preponderent: Nec minus vitioſi tatis ſit in Aleæ commento. q̃ bonitatis in litterarũ inuentione. Herodotus græcus Liuius quem. M. Tullius patrem hiſtoriæ nuncupat auctor eſt. Ly‑ dos primos Aleæ: Teſſerarumq; ludum: Et cætera genera luſoria pręterquam Talaria excogitaſſe: Cæ terum ſiue theuth (vt memorat Plato) ſiue lydi vt au tumat herodotus inuenere inſtrumenta luſoriæ: V‑ triq; mediusfidius tradidere mortalibus inuentũ per nicioſiſſimũ: Cuius comites ſunt fraus. periurium. Impoſtura mendicitas: Et ex mendicitate mala mẽs malus animus. Et conſequenter ad ſcelera facino‑

Ibis nõ eſt ciconia.

Inuẽtor ta lorꝫ theuth

roſiſſima audenda procliuitas. piget commemorare quam multi hoc vitio teterrimo ad incitas egeſtatemque redacti ſibi & ſuis fuerunt dehoneſtamento: Quam multi dum furtificas ob aleam manus habent: carnificis laqueo ſtrangulati. mortem oppetiere ignominioſiſſimam. Ad hoc Aleatores publica pulſantur infamia: Et quia diſſerimus. apud aures eruditas Eruditioniſque ſitientes. non erit abſonum ſi ab illa orandi lege rethorica paulum deuius excurram excurſione plauſibili: Idque ex declamatoria inſtitutione & ritu. Inter ceteras nationes ſtudioſiſſimi teſſerariæ luſionis Aleatoreſque maximi Germani fuiſſe produntur / Aleam inter ſeria exercentes: tanta lucrandi perdendi ve temeritate. ut cum omnia defecerunt extremo ac nouiſſimo iactu de libertate ac de corpore contendant: Victus voluntariam ſeruitutem ſubit. Et quamuis iunior quamuis robuſtior foret alligari ſe patiebatur ac vendi. Ea erat ut inquit. Cor. tacitus in re praua peruicatia. ipſi fidem vocant: inſitum hodieque eſt germanis ſtudium aleæ animoſioris: In qua fidem colluſori ſeruant: Et ipſam pecuniam perditam perinde ac mutuaticam victori cum fide repreſentant: Dirum prorſus illud eſt ſydus natalitium: quo procreantur Aleatores: quo homines fiunt rei praue ac calamtoſe mancipati: Quicumque in Nona parte libræ habuerit horoſcopum is erit ſi firmico materno credimus aleator populari notione perſpicuus Vtinam poſſent e vita in totum abdicari tollique teſſeræ & chartule luſorie ſicuti iampridem tali ſublati ſunt: et luſio talaria abdicata: Video pleroſque omnes ex vobis contracta fronte muſſantes quod talos taliarumque ludum dixerim exoleuiſſe: nolite ob id ad murmurare: vera locutus ſum iudices: nullus eſt error in verbo. ſed vulgus errore per

Germani Aleatores.

Horoſcopus. Aleatoris.

Tali.

miſcuo implicatur: Exiſtimans talos eſſe inſtrumen
Teſſeræ. ta luſoria quibus quotidie paſſi luditur. Cum teſſere
illæ ſint nominandæ non tali: Et vti totam rem pla-
nius noritis ſcitote talos fuiſſe quaternos in ludo ta-
lario/Ex talis quadrupedum factos: qui in poſterio
ribus tantum pedibus eſſe produntur Ariſtoteli. Pli
nio Ceteriſq; phyſicaꝶ diſciplinaꝶ conſultiſſimis:
Aſtragali. græci talos aſtragalos vocant: Vnde & Aſtragalizõ
tes dicti talis ludentes. In luſione talaria: Quatuor
Venus iactus. tali efficiũt iactum feliciſſimũ. Quem veneriũ nun
cupant: & a poetis venus vocitatur. In ludo vero teſ
ſerario tres tantũ teſſeræ ſunt: que ex ſex lateribus
ęquali latitudine planiciaꝶ quadrate conſiunt: grę
ci cubos appellant: quod & noſtri: ut M. Varro. gel
lius. Macrobius Victruuius tradiderũt: Inde cybeu
ticos dictus Aleator: Teſſerarius ludus nunc vbiq;
gentium vbiq; locoꝶ in vſu quotidiano frequentiſ
ſimus eſt. tres teſſeræ ſiue cubi: quos taxillos docti
indoctiq; falſo nominitãt: in alueolum iaciuntur: ſic
enim tabula aleatoria nuncupatur. Cum talis quatu
or in ludo talario antiquitus vterentur. Hinc ſcite a-
pud ępigrãmatiſtam teſſeræ numero taloꝶ impares
ſe ſe eſſe ꝓfitentur/Vtinam ergo vt domum repede
mus/Vtinã teſſerarius ludus. Et oĩs alea damno-
ſa ac pręceps abdicari poſſet & tolli. Vtinã Aleato-
res: Quoꝶ vita & ars ludus eſt exterminari atq; in-
terdici ne res quæ voluptatis cauſa (vt aiunt) reperta
eſt in meſtitudinem luctum egeſtatem mortales im
pingeret. Dic queſo Aleator non erubeſcis vel ſi e-
rubeſcere nõ noſti nõne palleſcis nõne ingemiſcis:
quotiẽs audis te aleatorem nomine ꝓbroſiſſimo vo
citari: quotiẽs digito pretereuntiũ ob inſigne vitiũ
demonſtraris: Equidem malo vinolentus dici q̃ A-

ſcator q̃ ſcortator: malo illo liquore mulceri qui leti-
ficat deos & homines: ſine quo leticia eſſe in conui-
uijs nõ poteſt. Vnde & leticiæ bacchus dator a cele
berrimis auctoribus dictus. qđ ſi vitiũ eſt ut iſti vo-
lunt profecto eſt ignoſcibile: nec ꝗ̃ ullis legibus inter
dictũ. Quinimo platonicæ leges: q̃bus nulle ſancti-
ores: vinolentiã & pocula largiora ꝑmittũt perinde
ac fomitem quendã ingenij virtutiſq; incitabulum:
Aſclepiades nobiliſſimus medicoꝝ: vini vtilitatem
æquari vix deoꝝ potentia poſſe ꝓnũciauit: Vinum
eloquentes facit: (& ut inq̃t Oratius flaccus) Fecũdi
calices quẽ non fecere diſertũ: Cui ſubſcribit poeta
alter lepidiſſimus ſcribẽs poſſum nil ego ſobrius: bi-
benti ſuccurrũt mihi q̃ndecim poetæ. Et cũ alea atq;
fornicatio plenæ ſint anxitudinis & curæ. Contra vi
nũ triſticiã diſcutit & nubila humani animi ſerenat.
Eſtq; remediũ curaꝝ: quæ anxiferæ ſunt & edaces Vinũ ob-
p̃ſentiſſimũ: qđ lyricus poeta cõmodiſſimo Epithe liuioſum
to dixit obliuioſum. Vitã beatã nulla res alia magis
efficit/ q̃ animi ſecuritas mentiſq; trãquillitas. Hanc
nobis vinũ parit. ſomno accõmodatũ & ſecuritatibꝰ
Hoc certe fuit nepenthes illud qđ homerica Helena Nepẽthes
thelemacho ꝓpinauit obliuionẽ triſticiæ veniãq; af
ferens. Quod vtiq; õibus mortalibus foret propi
nandũ: Vñ & nepenthes ab effectu nuncupatũ: qđ
eo triſticia & luctus õis aboleat. merito bacchum
ob tã ſuaue inuentũ deũ finxit antiquitas: Merito in Vindemi-
cœlo eſt vindemiator collocatus. merito bacchus ip tor in celo
ſe liber pater nominatus nõ tã ob licentiã linguæ ne
q; ob libertatẽ boetijs datã q̃; qđ liberat ſeruitio cura
rũ animũ: Et ut morbis q̃buſdam ita triſtitiæ medet Vñ liber.
proinde ſanctiſſimus & vitioꝝ obiurgator ſeueriſſi
mus Seneca p̃cipe nõ dubitat liberaliores potiones

eſſe hauriēdas & aliqñ uſq; ad ebrietatem veniendū? Ad hæc nonne maximi heroum regum philoſophorū ebrioſi atq; bibaces fuiſſe memoratur: Quorũ exemplis illuſtribus ebrietas ipſa honeſtatur: Et vitiū ebrietatis ſi modo id vitium eſt / ſit imitabile. Herculem inter heroas famigeratum quo nihil illuſtrius: ebriū & caſſabundū fuiſſe accipimus: Ideoq; ſciphū illius poculum eſſe ut liberi patris cantharũ: ob hoc fictores herculem cū poculo figurāt. Alexāder magnus / q̄ nihil maius / Vini auidiſſimus fuit ad temulētiamq; ꝓcliuior. Cato quoq; qui exemplar virtutū & norma eſt: q ut ſapiens dictus Ita re vera fuit: Vino indulſit / Ebrietatiſq; hylaritate demulctus interdum eſt: Cuius olim ebrij velatū caput cū quidam quibus obuius fuerat retexiſſent erubuerūt: Nimirũ quia ebrietas quoq; in catone viſa eſt venerabilis: Ergo igit̄ cū viri tā clari: tā magni. tā ſancti. vino indulſerint / cū vinolenti frequēter extiterint: Cur pudeat me & dici & eſſe temulentū: Cur in me ſit crimmoſū qđ nō ſolū excuſat̄ exemplis verũ etiā defendit̄: Deniq; cur mihi damnoſum ſit iudices ſi id facio quod hercules. Quod alexander: qđ cato factitauerunt: Quorũ auctoritas tāta eſt ut ebrietatē honeſtā magis efficere poſſint quā ipſi ex ebrietate turpes fieri.

Hercules bibax.

Alexāder.

cato vinos

Habetis perorationem meā in duos fratres alterũ fornicariū: alterũ aleatorem. Quorũ alterutrũ veſtra pronuntiatione damnari neceſſe eſt / ſi nouiſſimā defuncti teſtatoris uoluntatem tueri vultis: qua animis veſtris nihil debet eſſe ſacratius: quāto em̄ vinolenti a minor ſit vitioſitas fornicatione vel alea. vel utroq; ſcitis: Et hoc ſcio vos ſcire. Quo circa ꝓnunciate iudices queſo vel in hunc vel in illum: ut ego ſententia veſtra abſolutus poſſim paternis bonis perfrui co-

miter atq; hilariter: ut indulgẽs vino excuſabilis ſim exemplo Herculis Alexandri & Catonis: quosvitæ duces habere nõ ſolum venia ſed etiam laude dignũ eſt, dixi.

Scortatoris & Aleatoris recriminatio aduerſus Ebrioſum.

e Sopi fabulatoris elegantiſſimi apologus iudices narrat: homines duas mãticas habere Alterã anteriorẽ/alterã poſteriorẽ: in priore aliena vitia mitti. In ea quæ a tergo eſt: Noſtra occultari: quo apologo ſcienter & feſtiuiter ſignificatur mortales obſeruare papulas alienas in ꝓprijs ulceribus incurioſos. In alienis peccatis noſcẽdis oculatos eſſe in ſuis talpas: Neminẽ videre qd manticæ in tergo ſit: Hoc cum in pleriſq; alijs tum hodierno die in fratre cognouimus: Qui ĩ negotio ſuo hebetior. In alieno acutior feſtucã in oculis noſtris aſpiciens trabem nõ videt in ſuis: qui copioſe & eleganter in meretricareos aleatoreſq; perorãs ebrietatẽ: Cui obnoxius ipſe eſt: nõ ſolum dixit eſſe ignoſcibilem: Verũ etiã ſi dijs placet quaſi expetibilem atq; dignã laude eſt conatus aſſerere. Nos ꝟo iudices nihil ꝟrucas noſtras conuelantes ſimpliciter ingenueq; fatemur malum eſſe ſcortari/Et forum aleatoriũ calefacere: Sed maius malum temulentiã eſſe cõtendimus. Idq; euidentibus argumentis planum faciemus. Vos queſumus ut ſicut attente fratrẽ audiuiſtis/ in fratres inuehentẽ: Ita lubentibus animis nos audiatis fratrem retaxãtes. Vt ſi quã ille voluptatem maledicendo cœpit: Eandẽ male audiendo penitus amittas: q cũ dixerit qd' voluerit: nõ iniquũ eſt ſi audiet qd' noluerit Veſtrũ erit officiũ iudices cauſa utrimq; porata collatione vitioꝝ/de quibus agitur: facta ſolerterq; per

Apologus

Mantica a tergo

penſa ferre ſententiã. Homo ut hinc ordiamur ex a-
nimo & corpore cõpactus nihil habet penſius cariuſ
q; ꝙ ſemetipſum: Vnde fit ut animi ac corporis inco
lumitatẽ diligentiſſime cuſtodiat: Et ea cũprimis ap
petat: quæ græci τὰ πρῶτα φύσεως. latini prima
primigenia. Naturæ — naturæ ſiue primigenia appellant: in ꝗbus numeran
tur valetudo ſenſus integri & oĩm partiũ cõſeruatio
ꝗbus non pauci ſummũ hominis bonũ metiunt̃: Et
cũ vitæ ars prudentia ſit: quæ inter bona animi potiſ
ſimũ elucet eam ꝓcipue incolumẽ ſeruare debemus
ut viuendi ratione cõſtemus. Hęc igit̃ animi & cor-
poris incolumitas cũ ſit reꝝ omniũ ꝓcioſiſſima: Cũ
bona animi & corporis ſint maxima bonoꝝ: ꝗs non
videt id vitiũ lõge maius eſſe habendũ: ꝗ̃ maiora &
plura hoĩs bona ꝓfligãtur? Atq cũcta hæc ebrietate
Sapientiã vino obũbrari — cõcutiuntur & vini crapula hebeteſcũt: Temulentia
mentẽ obnubilat. Corporis valitudinẽ ꝓfligat: Nec
nõ eſt rei famæq; diſpendiũ. Vetus verbũ eſt ſapien
tiam vino obumbrari: Quod vigorem animi impe
dit ad ꝓcinctum tendentibus Qua in re ſubit admi
Temetum Temulẽta — rari priſcoꝝ diligentiã: q ſignificatiſſimo vocabulo
vinũ temetũ appellauere: Ex eo ꝙ teneat mentem ac
tentet. Vnde & temulentia ebrietas noĩata: Quid
per deos fedius? quid turpius eſſe poteſt: ꝙ qđ ho-
mo extra hominẽ: extraq; humanũ intellectum ꝑ vi
nolentiam collocetur? ſemetipſum ignoret: nec plus
ſapiat ꝙ bimus puer aut anniculus: Vini calentis a-
ſpergine ſanitas mentis expugnat̃ fitq; reꝝ omnium
obliuio morſq; memoriæ: Nõ eſt temulenti animus
in ſua poteſtate merſus vino & ebrietate deuictus:
quod neq; fornicario accidit: neq; aleatori: Et ut ele-
Ebrietas quid. — ganter diffinit Seneca Grauiſſimus vinoſoꝝ cenſor
nihil aliud eſt ebrietas ꝙ inſania voluntaria: Nonne

hoc probrũ omni ꝓbro maius eſt hominẽ ultronea inſania oblectari: Cuius peculiare bonũ eſt ſapere/ & ſanitate mentis perfrui: Adijce ex vino vertigines capitis/tecta mobilia: gradũ errabundũ. Nam ut ait ſcitiſſime plautus: luctator doloſus eſt vinum: pedes captat primulum: merito dixit Androcides ſapiẽtia clarus: ſicut venenũ eſt homini cicuta: Ita & cicutæ vinũ: intelligi volens veneni: venenũ eſſe vinũ. Q̃ multi morbi atq; egritudines ex vini intemperãtia ꝓueniant: qs ignorat: Cũ hinc vlcera oculoꝝ: neruorum reſolutio/tremulæ manus: cũ hinc Cauſones id eſt febres eſtuantes/Cũ hinc pedes ulceroſi ac podagrici/ Aliaq; innumera morboꝝ genera ꝓueniant/ unde merito dici poteſt: ebrietatem pœna premit comes. præterea qđ non minus turpe eſt: Vino fetent ora nimio & graueolentia hanelitus inficitur. Vis videre q̃ noxia ac peſtifera res corporibus ſit vinũ. ubi quiſpiã egrotat. ſtatim ex pręſcripto medicoꝝ. vini potu interdicit: Tanq̃ id fomentũ incentiuũq; morbi ſit: Ad hæc rei ſuæ male conſulit homo ebrioſus. dum vina p̃cioſa cũ diſpendio patrimonij undiq; cõquirit: dum vinũ pluris q̃ auꝝ facit: Idq; iucundius q̃ ſolem intueť: Videmus quotidie multos (nec eñ in re notiſſima exemplis opus eſt) ad inopiam egeſtatemq; redactos ebrietate ſumptuoſa. Tanto labore & impendio cõſtat qđ mentẽ mutet: ac furorẽ gignat Et ita vinum ſępe cauſa eſt: vt patrimonia & opes decoquanť: ut vacãtes potibus cõſumanť: ſicut Solomoni plane credi cõuenit. Q uãta autem labes infamiæ: quantũ dehoneſtamentũ ſubſequať id vitiũ homo nemo nõ neſcit: Cũ opprobratio ebrietatis inter cætera cõuitia ſit maledicẽtiſſima: cũ quottidianum hoc maledictum tanq̃ maximũ in altercatiõibus au

Luctator vinum

Vinũ venenum

Cauſones.

Ora ex vino fetent

oenobares
Mater Augustini.
merobibula.
Eſdra
Clytus interfectus ob alexandro.
In temutiã

diatur: Achilles homericus nõ probrũ ullum fedius inuenit: quo proſcinderet Agamennonẽ illum regẽ regũ. q̃ ut οιρoβαρησ hoc eſt vinopreſſus atq; vinolentus appellaret: Olim diui Auguſtini mater. cum ab ancilla p amarulentã inſultationem merobibula vocaretur tam fedum tã erubeſcendũ: id maledictũ eſſe cognouit: ut confeſtim damnata ebrietatis feditate ad ſobrietatem ſeſe cõtulerit biberitq; deinceps vinũ aquatiſſimũ dilutiſſimũq;: Excutite iudices iudicia mortalium: Interrogate paſſim omnes. Audietis hominẽ ferme neminẽ eſſe: qui nõ ſcortator & aleator a conuitiatoribus cõpellari malit q̃ temulentus adeo cũctis inoleuit intellectus rei fediſſimæ ſpurciſſimiq; cõuiuij. Adde quot rixas/quot cedes/ quot facinora penitenda/fęcerũt homines vino inflãmati & bacchi hyrſo pcuſſi. Nam vinũ (ut libris eſdræ teſtatũ eſt) ſeducit mentem; & vinolenti ſumũt gladios: qui cũ e vino emerſerint & ſurrexerint/ nõ meminerũt quæ geſſerũt: ille Alexãder magnus cuius paulo ante o frater exemplo gloriabaris: Nonne clytum chariſſimũ ſibi ac fideliſſimũ inter epulas trãsfodit? Nonne amicos in temulentia plures interemit? cuius exemplũ ſcriptores nõ ideo referunt ut nos ad ebrietatem inuitẽt ꝑut tu opinaris: ſed ut ab ebrietate deterreãt: Cogita quas clades ediderit publica ebrietas: hæc gentes bellicolas hoſtibus tradidit/ hæc cõtumaciſſimos & iugum recuſantes in alienũ redegit arbirtriũ: hæc inuictos acie mero domuit: ſic Syracuſæ in manũ marcelli ditioneq; romanoꝝ ꝑuenerũt. Sic maſſagetæ: a pſis ꝓfligant: & vino merſi capiuntur. Quod igit iudices vitiũ fedius/ꝓbroſius/deterius eſſe poteſt? q̃ ebrietas? qua ſanitas mentis cõcutitur; valitudo corporis ꝓfligatur: patrimonia atter

runtur fama pulſatur/quã rixæ/cedes/infanda faci
nora nec non urbium excidia ſubſequunť. Stoico-
rũ dogma: quo callide magis q̃ vere traditur ισα τα
αμαρτηματα ειναι. id eſt peccata paria eſſe: quoti-
die refellit vita/ſenſus cõis impugnat vitia noſtra re-
darguũt: q̃ haut dubie imparia & aliud alio maius eſ
ſe nemo non cernit: hoc etiã cecis liquet ebrietatis la
bẽ tãto q̃ ſcortatus & aleæ eſſe fediorẽ/quãto plura
p̃ciosioraq; ſunt illa; q̃ p temulentiã amittimus q̃ q̃
p aleam ſcortationemq; dep̱dimus: Ve℞ audi frater
quo rem deducamus; ſint cætera omnia inter nos pa
ria/vel ſi ita mauis/ſint in nobis duobus flagitioſio
ra: ſit fornicatio ſit alea /vitioſitas fedior q̃ temulen-
tia ſit tua melior q̃ noſtra conditio: vincas tu ex reli-
quis partibus. Vnũ tamen nobis concedas. velis no
lis neceſſe eſt mentem ebrioſi concuti/ingenium ob
nubilari/ſenſus omnis fieri lapſabundos & hominẽ
exire ex hominis poteſtate: quo cõceſſo victores ſu-
mus: cũ huic vel ſoli vitio par ſit nihil. & nihil ſecun-
dum: finge: excogita: cõminiſcere qđ lubet nunq̃ ta
mẽ impetrabis q̄n nobis cõſtet mẽs & anim⁹: q̃ in te
ebrietas cõcutit atq; demẽtat: Demẽtia aũt mẽtis &
inſanitate animi gliſcente homo hoĩs nomẽ amittit:
& nihil fere differt a brutis animãtibus: ex q̃ fit oĩm
deterrimus fediſſimuſq;. Quod aũt frater vinũ p̃-
conio laudis extulit & ex ſentẽtia Aſclepiadis vix de
o℞ potẽtia equari poſſe p̱nũciauit Volſellis pugnat
nõ gladio: cũ neq; nos inuiti iudices bibamus/ne-
q; vinũ culpemus ſed vinolentiã: Scim⁹ duos eſſe li
q̃res corporib⁹ hũanis gratiſſimos intus vini foris o
lei: ſcim⁹ nihil virib⁹ corp̱is eſſe utili⁹ vĩo ſi mod⁹ ad
ſit: ſcim⁹ vĩo ſtomachũ recreari; appetẽtiã cibo℞ ĩui
tari; triſticie curã hebetari algorẽ expelli ſõnũ ↄciliari

Peccata imparia

Ebrietas dementat.

ſed ſi modice vel potio intra modum hauriat: fuit er go ſupuacanea illa in vini laudes excurſio qđ nullus infamat: Verꝫ enimuero ebrietas q̄ de agit/ebrius q culpat/qua excuſatione excuſabilis fieri poteſt: qua defenſione defendi: an auctoritate platonis teipſum tutaberis: quē veluti temulentiæ ſuaſorem ac magi ſtrū̄ citaſti: falſo: ſcito em̄ bone frater lege Platonica ebrietatem iſtam turpiſſimā: que labefacere & immi nuere hominū̄ mentes ſolet: cuius reatū̄ hodie tu ſu ſtines: minime landari: ſed liberaliorem paulo iucū̄ dioremqꝫ vini inuitationē: q̄ fieret ſub qbuſdā qua ſi magiſtris cōuiuiorꝫ ſobrijs: nō improbari: Immo ut ſcias decreta platonica nō a te ſtare ſed a nobis: in tellige quātope ab illo culpetur ebrietas. decernit di uinus philoſophus pueris merꝫ aque potū: Vinoqꝫ interdicto vetat ignem igne incitari. Idem iubet ſpō ſum & ſponſam dare operā liberis & abſtemios eſſe ut cōceptus fiat ſolidus & quietus/cum ebrij tanqꝫ mente capti ad generationē ſint inutiles. quippe cū̄ veriſimile ſit ex temulentis fetus tā membris qꝫ mo ribus tortuoſos ꝓgenerari. Quod Herculem biba cem Alexandrū̄ temulentū̄ Catonē vino hilarari ſo litū̄ teqꝫ illorꝫ imitatorem eſſe gloriabundus memo raſti. dic quæſo o frater placent ne tibi tanti viri pro archetypo & exemplari qđ ſequaris: Age dum imi tare illos totos. & ſicut vitij affectator videri vis ſic imitator eſto virtutū̄ perge p illorꝫ cuncta veſtigia: effinge nobis ac redde monſtrorꝫ profligatione Her culem: rerꝫ magnitudine Alexandrū̄: morꝫ ſanctitu dine Catonem: Tūc in te tam ignoſcibilis erit ebrie tas qꝫ fuit in illis: Tūc nemo tibi negotium faceſſet. Tunc nobiſcū̄ tibi nulla erit cōtrouerſia de paterna hereditate: Cedemus vltro bonis: eris tu extra omnē

Sententia Platonis.

Imitandæ virtutes vitiorum

iudicij aleam ſequeſtratus: Nos duo inter nos diſcep
tabimus. uter ex nobis ſit exheres pronunciandus.
te in tuto/ te in uado ſalutis collocato. Sed quæ eſt
iſta peruerſitas im ꝓbitas/iniquitas? velle magnis he
roibus vitioſitate eſſe cõſimilem/ virtutibus ṽo lon
ge diſſimilem? velle ſequi fugienda/fugere ſequẽda
velle mala imitari bona nõ aſpicere? placet tibi in Ca — Laus Cato
tone ebrietas? placeat & grauitas/frugalitas/ integri — nis
tas/doctrina/mores/cetaræq; virtutes omnes: qua⸗
rum dictus eſt norma/auctor/exemplar: Scito tamẽ
magnos illos viros non vino ingenium mentemq;:
ut tu: quotidianis ebrietatibus ingurgitaſſe. Nec eñ
in pectoribns magnis ullũ eſſe poteſt honeſtoꝝ tur
piumq; conſortium: Sed pro fomento laboꝝ quos
dies noctesq; exantlabant ſeſe interdum largioribus
poculis inuitaſſe: Quoꝝ labecula virtutibus obũ⸗
bratur. Ad quos cum tu nulla ex parte laudabili aſpi
res/deſine illoꝝ exemplis/tua probra fulcire: Quo
rũ virtutes non aſſequeris. Deſine illos iactitare qui
abs te hoc in iudicio nominati faciunt cauſam tuã fe⸗
diorem/turpiorem/deteriorem/ꝙ ſi nuſq; nominaſ
ſes. Demiramur o frater te in hac nominatione ſilen
ter pręteriſſe Tiberium cæſarem/cuius utpote maxi
mi romanoꝝ imperatoris exemplo cauſa tua robo⸗
rari potuiſſet: qui ꝓpter nimiã vini auiditatem ꝓ Ti
berio Claudio Nerone Biberius Caldius mero vo⸗ — Biberius
cabatur: qui piſonem urbis Romæ prefectum fęcit: — Caldius
quod biduo continuo duabuſq; noctibus per pota⸗ — Mero
tionem apud ſeipſum continuaſſet. Atqui exempla
vitioſoꝝ quãuis illuſtria magis officiunt vinolentiæ
reo ꝙ patrocinãtur. Quod ſi iudices in vitijs defen⸗
dendis atq; excuſandis valeat auctoritas principum:
nos quoq; maximi imperatores excuſant: Nãq; me

Auguſtus aleator

Claudius liber d' alea

Solomon meretrica-rius.

moriæ proditum eſt Cæſarem auguſtum: qui viuus habitus eſt diuus, quo nihil maius/melius ve terris: fuiſſe aleæ cupidiſſimũ/ & diebus feſtis: profeſtiſq; luſiſſe: Claudium quoq; imperatorem de arte aleæ librum compoſuiſſe cuius ſtudioſiſſimus adeo fuit ut ſolitus ſit etiã in geſtatorio ludere: Meretricarios vero extitiſſe tam multos: ut Solomon quo nil ſapientius/greges concubinaꝝ prope innumerabilium habuiſſe prodatur. ut Cæſarem dictatorem omniũ mulieꝝ virum dictitauerint. Sed nobis vitia noſtra diluere exemplis principalibus non eſt in animo. nec libet ea defenſione: quæ haud dubie potentiſſima eſt: uti: vt dicamus nihil eſſe in rerum natura tam neceſſarium/tanq; expetibilem q̃ venereum concubitũ: Quo ex terris ſublato cuncta animantiũ genera citiſſime deficiant atq; intermoriant neceſſe eſt. excedat age dum ut Senecæ verbis utar rebus humanis venus orbis iacebit ſqualido turpis ſitu. Tolle ex cõmertio mortalium meretriceas amationes cuncta videbis miſceri perturbariq; libidinibus inceſtis. nõ iuuat in iudicio corã vobis iudices: Allegare aleam illicem eſſe vitæ voluptariæ atq; animoꝝ oblectamentũ qua ocioſi mortales eſtiuoꝝ dieꝝ æſtus rorentiſſimos fallunt: q̃ a cibo a mẽſa ſalubriter utũtur/cũ id hore ex p̄cepto maximoꝝ medicoꝝ omĩs animi corporiſq; agitatio ſit inutilis: Sed nobis nihil ꝓſint hæc adminicula iudices ad cauſam noſtrã roborandã. immo ſimpliciter & ingenue ꝓfitemur nos eſſe criminoſos: nos vitioſos/ſed criminoſiorẽ/ ſed vitioſiorẽ eſſe fratrẽ indubitãter aſſerimus. idq; videmur argumẽtis ſatis ꝓbabilibus hactenus demõſtraſſe: Verũ ut vobis iudices hoc magis liqueat: ut feditas tãti vitij fiat manifeſtior; deniq; ut ſcrupulus nullus menti

bus veſtris inhereat/qn vinolentū/fornicario: Et lu ſore fediorē vitioſioremq́ꝫ iudicetis/libet hoc potiſſi mū in loco rhetoricari: Et qm̄ aduerſarius ꝑ exēpla ſententiaſq́ꝫ nobiliū ſcriptoꝝ expatiatus eſt nos quoq́ꝫ exemplis nos dictis philoſophoꝝ oratoꝝ eccleſiaſticoꝝ edocēter explicabimus ebrietatē fuiſſe ſempꝫ apud priſcos deteſtabilē: ꝓſciſſamq́ꝫ cōuitijs ab optimis qbuſq́ꝫ ꝑinde ac inſigniter ꝑnicioſam: Erūt hæc nō iucūda cognitu/ nec inutilia relatu/ nec eruditis auribus aſꝑnanda: vos mō. ut attente p̄terita audiuiſtis ita attente ac lubentib⁹ aīs reliq̄ auditote: Lacedemonij illi frugaliſſimi. Et lycurgi legibus bn̄ inſtituti. cū ab ebrietate ꝑinde ac re fediſſima iuuentutē abducere vellēt hūc morē obſeruabāt: ut in feſtiuitate ſeruos q ilotæ vocanť largo mero ingurgitatos in cōuiuia iuuenū deduci iuberēt: ut illi ſpectantes ebrioꝝ turpitudinē ebrietatē veluti rem fedā ac deformē ꝑhorreſcerēt: Plato Ariſtoteles. Euſebius/ & maximus medicoꝝ galienus: dilaudāt legem carthaginenſiū: qua dū militāt & caſtrenſibus rebus incumbunt vinū nullus guſtare ꝑmittiť/ ſed oēs toto militiæ tꝑe aquā bibūt tanq́ꝫ vino ad ferendū laborē homīes remolleſcāt. Cæſar auctor eſt ſueuos germaniæ populos vinū ad ſe omnino importari nō ſinere/ qđ ea re ſubneruari corpa arbitranť: cheremon ſtoicus narrat priſcos egypti ſacerdotes carnib⁹ & vino ſempꝫ abſtinuiſſe/ ex eo tꝑe q̊ cepiſſent diuino cultui operari: ut ſenſus tenuitate forēt vegetiores: Ioſephus: philo. Euſebius: hieronimus ꝓdiderūt Eſſeos in iudea abſtemios fuiſſe & inuinios: quottidianūq́ꝫ ieiuniū vertiſſe in naturā: apđ romanos atq́ꝫ omī in latio femīætatē abſtemiā egiſſe hoc ē vīo abſtinuiſſe memorāť qđ ſi ulla inuēta eſſet vinū bibēs: morte mulctabať:

Exemplū laconicum

Ilotæ.

Lex pœnorum.

Sueui.

Egiptij ſacerdotes ſobrij

Eſſei inuinij

Feminæ

R. abſtemiæ.

Vt auctor eſt Dionyſius in libris antiquitatũ: ex noſtris quoq; celeberrimi ſcriptores ſcripſere vxorẽ egnatij qđ vinũ bibiſſet e dolio interfectam fuſte a marito: eũq; cedis a Romulo abſolutũ: Fabius pictor in annalibus ſuis tradidit matronã qđ loculos in quibus erant claues vinariæ cellæ reſignauiſſet: a ſuis inedia mori coactam: Cn: Domitius iudex mulierẽ dote mulctauit / qđ vinũ bibiſſet viro inſciente. ob hoc propinq; / ut inquit. M. Cato & repetit Tertullianus in Apologetico oſculum feminis dare ſoliti erãt: ut ſpiritu indicarentur an vinum olerent: & mediusfidius uſu vini immodico ianua ꝟtutis clauditur / vitijs aperitur. Apollonius. Tyaneus: quo nil ſanctius nil diuinius inter homĩes: fuit hydropota hoc eſt aquæ potor vinũ tanq̃ ingenij peſtem reformidãs. Diuus Hieronimus precipit virgini Chriſtianæ / vinũ tanq̃ venenũ eſſe fugiendum: idem clericis vino prope interdicit: qui ſcribens ad Nepotianũ nunq̃ inquit vinum redoleas; ne audias illud philoſophi: hoc nõ eſt oſculum porrigere ſed vinũ propinare. M. Tullius inter pleraq; alia probroſa / quæ piſoni obiectat / id quoq; maximo probro dat / ꝙ vinolentus ore fetido teterrimã popinam inhalaſſet Quid multa: deus in leuitico ad Arron archiierea: hoc eſt põtificem: vinũ inquit & omne qđ inebriare poteſt nõ bibetis: tu & filij tui quando intrabitis tabernaculum teſtimonij ne moriamini: quin etiam dei conſectaneus electionis vas. & ſcripturaꝝ ſanctaꝝ armarium apoſtolus Paulus vinolentiã damnans in epiſtola ad Timotheum pręcipit epiſcopum ſobriũ eſſe debere: minimeq; vinolentũ: Hinc in decretis canonicis eſt illud memoratiſſimũ: Vinolentũ ſacerdotem. & apoſtolus damnat & vetus lex prohibet: Sacerdotes qui mini-

Oſculatio feminaꝝ.

Apollonius hydropota.

Vinũ venenum

Arron archierus:

Pauli præceptum

ſtrāt in templo dei ꝓhibent̄ vinū bibere & ſicerā: ne crapula & ebrietate corda eoꝝ pregrauentur: Sicera aūt hebreo ſermone om̄is potio nuncupat̄. qua quis inebriari poteſt: Quicq̄d inebriat ſtatū mentis euertit. Ante diluuiū hom̄es erāt ſicci ſobrij inuinij nullo vini uſu nulla cultura vineaꝝ: poſt diluuiū ut ſacris litteris ꝓditū eſt primus Noe plantauit vineā bibenſq; vinū illico inebriatus eſt. Itaq; nec vinum ſuo pepercit auctori. In pētateucho quoq; legimus ebrietatē inceſti cauſam fuiſſe: Cū patrē lotopeā filiæ inebriaſſent. moxq; ex ebrietate ad inceſtum cōcubitū infandumq; illexiſſent. Ex illo tpe mortales vini feruor: Ex feruore ebrietas / ex ebrietate inuerecundia: inceſtum: furor inuaſit: Tunc temulentia varijs motibus mentes hominū cōcutere cępit: Ita ut alij fierēt rixoſi & furentes / alij iocoſi & loquaces: alij ſomnolenti: alij lachrimabundi: Etenī vinū eandem vim habet quā bilis atra variā ſcʒ & multiformē: ſup̄ qua re nobile eſt ꝓblema nobiliſſimi philoſophoꝝ Ariſtotelis. Vn̄ videt̄ Oratius flaccus illud mutuatus / O nata mecū conſule manlio: ſeu tu querelas ſiue geris iocos: ſeu rixas: & inſanos amores: ſeu facilē pia teſta ſomnū: dionyſius q̄ vulgo bacchus quē ethnici ſcriptores vini reptorem ꝓhibent: cornutus figurat̄: nō tā ꝙ boues cornigeros iugo copulauerit: Vt Diodorus credidit q̄ꝫ qđ ex vini feruore temulenti ad temeritatē ꝓcliuiter erigant̄ fiantq; impetuoſi: & q̄ſi cornupetæ. Tūc paup̄ ſumit cornua / tūc humilitatis oblitus erigit̄ in tumorē: Quod vero bacchū inter deos relatum & vindemiatorē inter ſidera collocatum iactanticulus frater glorioſa pręedicatione narrauit / nihil ſane id ad cauſam ipſius fulciendā proficit Aut

Ante diluuiū abſtemij.

Noe inebriatur

Ebrietas origo inceſti.

Vis vini multiformis.

Vinum ut bilis.

Bacchus cū cornib⁹

ſi commenta poetica pro argumentis valent/ valeat & illud. Quod venus noſtra clariſſimũ ſibi in cœlo ſidus vendicauit. qđ venus inter cœlicolas dominat̃ cuius natura cuncta generantur in terris Quã almã quã diuum hominũq̃ʒ voluptatem celeberrimi con⸗
anacharſis ditores appellant: Ad hæc anacharſis ille: qui apud ſocordiſſimos ſcythas ſapiens natus eſt prodidit vi⸗
Tres vuæ in vitæ tem: vuas tris ferre primã voluptatis ſecundam ebri etatis: tertiam cõtumeliarꝝ: Eſopus fabulator conſi⸗ mile quiddam dixiſſe traditur. Celebre eſt illud ſapi entis viri: ſiue is Eſopus/ ſiue Anacharſis ſiue alius
Prima Cratera ad ſitim. quiſpiam fuerit: dictum ſup̱ menſam: prima inquit Cratera ad ſitim pertinet. Secunda ad hilaritatẽ. Ter tia ad voluptatem: quarta ad inſaniam: Si quartũ po culum potores reddit inſanos quid quaterquaterna quid quater dena pocula efficient? nõne ſupra oẽm furorẽ: ſup̃ oẽm inſaniã reddẽt inſaniſſimos? Atqui cõſtat vinolẽtos hoies quãto plus biberint tãto plus ſitire. Et ex bibendi conſuetudine augeri auiditatem Vt merito hoc genus homines ad perdenda vina ge niti eſſe videantur. Nouellius mediolanenſis tribus
Tricõgius congijs e potis uno impetu tricongius cognominari non erubuit: gloriam ſcilicet ex vitio fediſſimo cap⸗ tans: & cũ omne vitiũ tanto crimino ſius ſit quanto maior eſt ille qui peccat: qua nota: quo ꝓbro vellicã
Bonoſus. Biboſus dus ꝓſcindendusq̃ʒ eſt Bonoſus Romanus impera⸗ tor? quẽ miramur a fratre pręteritũ eſſe in mentione vinolentorꝝ: Qui bibit quantũ hominũ nemo: De quo Aurelianus dicere ſolebat nõ vt viuat natus eſt ſed ut bibat: qui quantũ bibendo turpiter ingeſſerat tantum meiendo turpius egerebat: qui ſuperatus a probo cũ vitam laqueo finiens ſe penſilem fęciſſet io

cus innotuit. Amphorã pendere nõ hominem: ꝓclamat Solomon luxurioſa res vinũ / & tumultuoſa ebrietas: quicũq; his delectatur nõ erit ſapiens: Idem interdicit ne ſimus in cõuiuio potatorꝝ. Subriſimus paulo ante iudices audientes fratrem incõtinentes atq; intemperãtes appellantẽ eos / qui aphrodiſia colunt indulgentq; rebus venerijs citantemq; Ariſtotelis teſtimoniũ. Ex problematis: tanq; Ariſtoteles ſolos ακολαστους και ακρατεις. ideſt intemperantes & incõtinentes hoĩes venereos mulierarioſq; appellandos eſſe cenſeat. Agedum recita queſo bone frater totum Ariſtotelicũ ꝓblema: videbis te q̃q; eodẽ loco habendum eadem ſuggillatione notandum. Eiſdem vocabulis nominandum eſſe. Etenim ut res tota iudices colliqueſcat / ſcribit inclytiſſimus philoſophorum: quinq; eſſe hominum ſenſus: per quos voluptas queratur: omnemq; ex his immodicã voluptatem / turpem atq; improbam exiſtimari: ſed enim inquit qui nimia ex guſtu & tactu eſt: ea voluptas omnium rerum fediſſima eſt: Eoſq; maxime qui duabus iſtis belluinis voluptatibus ſe dediderunt incontinentes appellare ſolemus: tanq; in pecudum ferorũq; animaliũ numero habeatur quiſquis eſt his ferinis voluptatibus deuinctus: Cũ ceteræ ex tribus alijs ſenſibus ꝓuenientes hominũ eſſe tantũ ꝓpriæ videantur: Hæc ſunt Ariſtotelica. hæc ex promptuario philoſophico deprompta: Vbi nõ minus voluptas guſtatus: qua haud dubie potus quoq; continetur / quam voluptas tactus cõcubituſq; taxatur. quã autem ridiculum ſit. id alteri opprobrare quod in te ſtatim retorqueri poſſit nullus ignorat. Verum ante q̃ digrediamur ab huiuſce fediſſimæ vitioſitatis inſe

Amphorã pẽdere nõ hominem

Intẽperan incõtinentes.

Voluptas ex guſtu & tactu pecuina.

ctatione ſubijciemus opera ebrietatis utentes nō no-
ſtris verbis ſed plinianis: que in ore ī pectore omniū
habenda ſunt/dignaq̧ quæ ubiq̧ nō ibi tantum me-
moretur: ad caſtigandam hanc inexplebilem biben
di auiditatem. audite ergo plinium in temulentiæ vi
tia ſic perorantem. Tūc auidi matronam oculi licen
tur. Tunc animi ſecreta proferuntur. Alij teſtamen-
ta ſua nuncupant. Alij mortifera loquuntur: reditu-
raſq̧ per iugulum voces non cōtinent: q̧ multis ita
interemptis. Vulgoq̧ veritas iam attributa vino eſt
Interea ut optime cadat ſolem orientem non vident
at minus diu viuunt. Hinc pallor & genæ pendulæ:
oculorum ulcera: Tremulæ manus effundentes ple
na vaſa & quæ ſit pœna preſens/furiales ſomni & in
quies nocturna. premiumq̧ ſummum ebrietatis li-
bido portentoſa/ac iucundum nefas. poſtera die ex
ore halitus fetidi: ac fere rerum omniū obliuio: morſ
q̧ memoriæ: Rapere ſe ita vitam predicant cum pri-
orem diem quotidie perdant: illi vero & venientem
Hæc pliniana in temulentos peroratio: hæc caſtigati
o cenſoria tam ſeuera/tam luculenta/tam vera: quē
non reuocet ab ebrietate ad ſobrietatem? a meracis
potionibus ad dilutiſſimas aquatiſſimaſq̧? a vinari-
a cæna ad prandium caninum? Quis hæc audiens:
Quis hæc legens non repente temulentiam fugiat
ac execretur/Perinde quaſi vitiorum omnium fe-
diſſimam: ſpurciſſimam: defamatiſſimam? Quis iu
dex ea auctoritate ea ſapientia prẹditus/qua vos e-
ſtis/non eueſtigio pronūciet contra ebrioſum: con
traq̧ ebrietatem? ſed iam tempus eſt canere receptui
ne dum vicem talionis implodimus: dum fraternā

Verba Plinij in ebrietatem.

Prandium Caninum

taxationem retaxamus/ dum mutua flagitij expro⸗
bratione par pari referre ſtudemus/ immodici atq;
immoderati fuiſſe videamur. Adnotaſſe vos iudices
iamdudum credimus aliquanta nos quæ obiectaue
rit frater/ irrefutata irrepercuſſaq; quaſi diſſimulãter
pręteriſſe. Ita eſt iudices: nec inficias imus Nam eius
tantum eſt/ qui ſe impeccabilem & ut græci dicunt
αναμαρτητον. oſtendere velit: probra & criminati
ones omnis ſingillatim diluere atq; refellere. Nos ve
ro noſtras noxas: noſtra flagitia neq; inficiamur ut
inſontes: neq; excuſamus ut multi: neq; iactamus ut
frater. Fedum eſt turpe eſt ludere & fornicari. Erube
ſcendum nomen eſt meretricarij & aleatoris. Crimẽ
vtriuſq; noſtrum infame/ detrimentoſum reprehen
ſibile eſſe non negamus: atq; etiam ultro profitemur
ſed vitioſitatem fraternam noſtre vitioſitati/ noſtris
q; flagitijs aſſerimus eſſe anteponendam. Diximus
ex ebrietate non ſolum famam & opes labefactari/
quod in nobis potiſſimum carpſit frater: ſed mentẽ
animum ſenſus omnes concuti/ mutari/ perturbari
euidentiſſime docuimus. Qua feditate nil fedius:
quo vitio nil vitioſius eſſe aut dici poteſt. Oſtendi⸗
mus quantas clades exitia funera mortalibus ebrie⸗
tas intulerit. Catalago quoq; quaſi quodam per ex⸗
empla per auctoritates per dicta nobilium condito⸗
rum decurrimus indicantes quemadmodum temu⸗
lentia oĩbus ſeculis ſupra omnẽ vitioſitatem dam⸗
nata conciſſa infamata eſt. Quod ſupereſt veſtræ
prudentiæ eſt iudices/ veſtræq; grauitatis diligenter
crimina noſtra penſitare: & velut in librili collocata
perpendere: & quem ex nobis tribus turpiorem fe⸗
dioremq; iudicaueritis/ in illum pronunciare. Nihil
eñ veremur: quin ſecundum nos pronũcietis: quin

Epilogus.

vobis/q̃ui ſapientiſſimi eſtis: idem videatur/quod tot ſcriptoribus celeberrimis viſum eſt. Quod rationes ſuadent/exempla corroborãt: ſenſus comunis affirmat. Itaq; cauſam noſtrã iudices fidei veſtræ prudentiæq; cõmittimus. & ſi aperte cognoſcitis: ſicut profecto noſtis/ebrietatem longe fediorem eſſe atq; vitioſiorem/exhæredate queſumus fratrem: & nos iudicio veſtro liberare: Sententijs abſoluite: ut hæreditate paterna beneficio veſtro pfruamur: Diximus.

Finis.

18

In Germaniam Iacobi. w. Tetraſtycon
Thomę Aucupis Myropolę Argentini.

Hoc tua perpetuo fulgebit munere proles
Argentina tuus fitq; perhennis honos
Quod tibi precipuo confert Iacobus amore
Qui docili pubi dogmata multa dedit

Ad Iacobum. w. Slet. Sacrarꝝ littera
rum licentiatū. Seculariumq; doctiſ
ſimū preceptorem tanq; parentem
dulciſſimū Ioannes Gallinarius. H.

Sub manibus ſcribis nunq; vixiſſe Trebotes
Francigenum: patrij captus amore ſoli
Res iacobe pia eſt quod erant quę perdita ſigna
Reſtituis: merito quippe camillus eris
Quodq; ſoles patrię tu tradere dogmata plębi
Nobis licurgijs tu quoq; ſolon eris
At nimium grandi qđ te res publica cura
Sollicitat: nobis es Numa tuq; catho
Argentina igitur multum tibi multa ſenatus
Sed debet pubes plus ſtudioſa tibi
Nam tua ſi capient olim pręcepta Trebotes
Mœnia perpetuo non ruitura putent
Fœlix ante alias longeq; beatior eſſet
Argentina urbes ſi tua ſcripta notet.

35

Argentina tuas ut ſerues inclitā vires.
Ne vestue forſan diripiantur opes
Fac priuatus amor deſit: diſcorſq; ſimultas.
Factio: vis: faſtus: mechia: luxus: edax
Nec tibi diſpliceant iuſtum ſapientia mores
Relligio: virtus: ars: bona ſcripta: fides:




Vir
go roga
plē: ꝙ plebē
ſer
uet et vrbē

# Index rei publice.


Galli nõ fuere Romano-
rum reges.
Cuiates fuerũt Ro.reges
Inter galliã & rhenũ ger-
manicȩ terre medie ſunt.
Coniectura prima
Coniectura ſecunda
Coniectura tertia
Coniectura quarta.
Franci orientales & Ger-
mani quomodo in gallia
regnare cœperunt.
Teſtis primus.
Teſtis ſecundus
Teſtis tertius.
Teſtis quartus
Teſtis quintus
Teſtis ſextus.
Teſtis ſeptimus.
Hiſtoria Suetonij in au-
guſto.
Cõfutatio de lilio in mo-
neta.
De concordia
De amore reipublicȩ
De neruo belli.
De cauenda iactantia.
De amicicia vicinorum.
De iuſticia in exteros.
De parſimonia in publi-
cum erarium
De iuſticia in ciuitate.
De triplici ſtatu in ciuita
te neceſſario.
De prudentia.
Quedam prudentis ſe-
natus officia.
De annalibus
Cõmiſeratio in barbaros
Vtilitas latinȩ linguȩ.
De gymnaſio pro pueris
prima grãmatice rudimẽ
ta nactis inſtituendo.
Exemplar principum &
aliarum ciuitatum.
Iactura ocij & ignauiȩ
De religione
De concionatore
Que religionis amore
ſint caſtiganda
De optimis ciuibus
De inſtitutione filioꝝ
De educatione filiaꝝ
Nobilium & ciuium filij
in quibus erudiendi.
Duabus rebus illuſtrabi
tur Argentina: quaꝝ al-
terã Ioannes Keyſersber
gius integerrimus conci
onator ſepe meminit
Excellentia vrbis Argen
tinȩ.
Quo pacto deus & ſua
mater hanc urbem tuta-
buntur.

# Epiſtolare phemium

Magnificis Nobilibuſq; Senatoribus & Patricijs Magiſtratuiq; inclitę vrbis Argentinenſis Iacobus wympfeling de Schletſtat fœlicitatem et reipublicę incrementum.

m Vlti exiſtimant (Clariſſimi Senatores) vrbē veſtram Argētinam / & reliquas ciuitates ex hoc Rheni littore verſus occidentem ſitas / fuiſſe quondam in manibus regum gallicoꝝ: & ob id animantur nōnunq; prefati reges / ad repetendas iſtas terras. que tamē ſemper a Iulij & octauiani temporibus in hūc vſq; diem Romano & nunq; gallico regno coniūcte fuerūt atq; conſtanter adheſerūt. Sicut & Lodouicus Dalphinus Caroli ſeptimi regum gallię primogenitus / cū Helueciam id eſt Alſaciam Anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto intraſſet: inter reliquas expeditionis ſuæ cauſas: Hanc etiā adiecit / vendicare ſeſe velle iura domꝰ gallię / que uſq; ad rhenum extendi dicebat: & ex hac cauſa urbem veſtrā Argentinā obſeſſuꝝ ſe aſſeuerabat. hic error exiguo ratione vetuſtiſſimaꝝ hiſtoriarū ꝓceſſit confirmaturq; gallicoꝝ opinio / q̄ noſipſi quoq; id idem falſo putamus / & qđ ex noſtris pleriq; plus gallico quā Romano aut Germanico regno fauent. Mittunt em̄ nōnunq; ad gallicos reges a noſtratibus oratores ſemigalli Qui cū a gallis benigne excipiunt / aſſentari ſolent eis / & fauere: ſperantes ſi has noſtras terras reges Galloꝝ vincerent / ſeſe ſub eoꝝ dominatu nōnihil honoris atq; dignitatis cōſequuturos: quod alioquin quoad hic romanę aquilæ dominabunt / nō poſſe eis ꝓuenire formidant. Ego vero amore urbis & reipublicę veſtrę (ſi deus volet) oſtendere me poſſe cōfido. Primū veriſimilibus con

Eneas ſilui us ad Ioan nē; Gerſ.

lecturis/deinde teſtibus maximis:Poſtremum vero
hiſtorijs ꝓbatiſſimis/veſtrā vrbem & cęteras Rheni
ciuitates/nunq̄ gallis fuiſſe ſubiectas. Vos huma-
niſſimi circūſpectiſſimiq̄ ſenatores & patricij inep-
tas has meas lucubraciunculas/equo animo ſuſcipi-
te:& me cōmendatū habetote/ Ex heremitorio diui
Guilhermi in veſtrę urbis ſuburbano Pridie idus oc
tobris. Anno. M. CCCCC. I.

Galli non fuere Romanoꝝ reges.

P Erſuaſum ſit uniuerſis germanis a tempore
Iulij primi cęſaris:uſq̄ ad etatem Maximilia
ni ſereniſſimi regis noſtri: nullum unq̄ gallum Ro-
mano imperio p̄fuiſſe/ legatur cathalogus romano
rū regum/Nempe aut latinos aut grecos aut germa
nos in eo inueniemus/ſed gallum neminem/niſi &
idem ortu & origine paternoq̄ ſanguine fuerit ger-
manus.

Cuiates fuerint Romanoꝝ reges?

Fuerūt ſiquidem Romanoꝝ imperatores orti ex Ita
lia:ex Thracia: ex arabia: ex pannonia: ex illirico
vſq̄ ad Carolum magnū: q germanus fuit/ & ab eo
uſq̄ ad noſtra tpa regnauere ex nobiliſſimis Germa
nię domibus Saxonię Bauarię auſtrię Sueuię Habeſ
Naſſau burgi Anaxonę Lucelburgi/ nō inuenio ullum(etiā
ſi a Clodoueo incipiam)gallum Romanoꝝ regem
niſi eos qui germani nati/deiectis & exauctoratis ig
nauiſſimis quibuſdam Gallię regibus/ a regno & a
proceribus eius/aūctoritate romani pontificis in eo
rum ſolium mirifice ſunt ſublimati.

Inter galliam et rhenum germani
cę terrę medie ſunt.

Iulius cęſar gallię victor/terras nominibus diſcer-
nēs:vocauit galliā ab occidente uſq ad rhenū. volu
it em̄ terras fluminibus diuidere/nec cōſiderauit in
medio inter verā galliā & rhenū:ſitam eſſe auſtraſiā
ſitumq eſſe montē voſagum/ qbus ſaltē poterat ea
pars alemaniæ q̄ rhenū attingit a gallia ſecerni. Rhenus. Auſtraſia. Voſagus.

Coniectura prima.

Ex Auſtraſia pipinus fuit Caroli magni pater: Si-
cut Blondus ſicut Roberthus ganguinus aſſeuerant
pipinū vero non fuiſſe gallum indeconicio.qđ a te-
neris annis eius nomen in ore fuiſſe omniū:etiā pue-
roꝝ adhuc hodie memini/Verſum em̄ fuerat fere in
quotidianū ꝓuerbiū/quo inter ſe colloquebāt̄ diſce
ptātes/hāc vel illam rem nō efficies/aut nō cōſeque
ris/etiā ſi prudentia regis Pipini pręditus eſſes/ vul-
go pippis:credo ego noſtrates/nō ita crebro & fami
liariter nomen galli:ſed germani labijs ſuis verſaſſe Pipinus Blondus. Rober. gā guinus.

Coniectura ſecunda.

Carolus vero magnus Pippini filius ſiue in arce In
gelnheym/ſiue in vico quodā circa eburones aut le-
odienſes natus:itidem germanus fuit: Quippe qui
libros in germanica lingua edidit:Menſibus duode
cim & ventis germanica vocabula impoſuit/ quaꝝ
reꝝ ego ipſe antiquiſſima et euidentiſſima monumē
ta vidi/filijs & filiabus ſuis ſimiliter nō gallica ſed a-
lemanica noīa dedit/qualia ſunt Himeltruda Hylte-
gardis Adelheydis.Cū hec noīa quiddam apud nos
ſignificēt: & apud reliquas nationes barbara ſint:cō
ſequens eſt/non a gallis parentibus ſed germanis in
uenta & liberis indita fuiſſe. Ingeln- heym. Leodium.

¶Coniectura tertia.

Carolus magnus in germania ultra rhenana: non

ſolum frequenter morã habuit:ſed & illic cenobia &
eccleſias fundauit/ciuitates & arces extruxit. quod
nemo credit neq; creditu facile eſt gallum aliquem fę
ciſſe/Carolus ſiquidem magnus/in Rincauia: & in
Frãckfurt. Francofurte fundauit & erexit eccleſias: In ſelligẽ-
Selligſtat. ſtar una ex filiabus eius quieſcit/in francia orientali
(quã barbare franconiã vocant)arcem quæ ex nomi
carleſburg ne ſuo arx Caroli/& opidum que Caroli ciuitas in
Carleſſtat. hodiernũ diem appellatur:condidit. Multis deniq;
cenobijs in Sueuia & Francia orientali ſitis a Carolo
magno & liberis ſuis benefactum eſt/tanq; a germa
nis: Neq; em̄ galli opes ſuas in germanos tranſrhe-
nanos tã ꝓcul a ſua patria diſperſiſſent: & demũ Ca
rolus magnus honorificã in germania ſibi delegit ſe
pulturam. ¶Coniectura quarta.

Non eſt veriſimile gallos in germania tranſrhena
na opida vel arces condidiſſe: dominatũ & ditionẽ
Sueui habuiſſe. Neq; em̄ ſueui Bauari & Franci orientales
Bauari homines vtiq; conſtantes/paſſi fuiſſent viros e galli
Franci. is per rhenũ aduenientes ſibi dominari/quos neq; Iu
Iulius. Au lius neq; auguſtus ſubiugare potuerũt:at franci trãs
guſtus. rhenanani qui ſunt orientales/ſub epiſcopatu Her-
Herbipol. bipolenſi/in gallia dominati ſunt.

Franci orientales in gallia
regnare cœperunt.

Cum em̄ rex quidam francoꝝ occidentalium ſiue
potius galloꝝ/regno inutilis a papa deponeret: Pi-
pinũ Caroli magni patrem/qui tum apud reges gal-
loꝝ ſummo magiſtratui prępoſitus fuit quem magi
ſtrum domus appellauere/in eius locũ ſubſtituit: vt
Eccleſiaſti decreta perhibẽt. xv.q.vi.alius: & hiſtorie paſſim a
ca.x. ſtipulantur. Vt veꝝ eſſe hoc eccleſiaſtici dictum ꝓ-
baretur: Seruo ſenſato liberi ſeruient: Itaq; germani

gallis nō galli germanis dominari cœperūt 'germani inquam qui ꝓprie franci vocari poſſunt/ Germania eñ quondam francia nūcupata eſt/ ut habet Diuus Hieronimus in vita hilarionis: Alludit lupoldus & Eneas: Quare galli nō franci ſed potius Francigene ſunt appellandi. Terraꝝ aūt nomina ſepe mutari te/ſtis eſt Aulus gellius libro. xiij.ca.vi. Et blondus

hieronim⁹ Lupoldus Eneas

Teſtis primus.

Innocētius tertius in capite: venerabilem: de electione Romanoꝝ imperiū a gręcis in germanos trāſ/latum refert/in ꝑſonam quidem caroli magni Eum ergo germanū fuiſſe liquido cōprobatur. Si enim in germanos tranſlatū eſt imperiū/ & primū in Caroli magni ꝑſonā: Carolus ergo magnus germanus fuit

Innocenti⁹ tertius.

Teſtis ſecundus.

Imperator dicit Agrippinenſes qui ſunt Coloni/enſes, in germania inferiori Italici iuris eſſe/ vt eſt a/pud iuriſconſultos.l.i..ff. de cenſibus.

Teſtis tertius

Ammianus Marcellinus Coloniā Agrippinā amplinōis urbem eſſe in germania refert: hoc idem de Treueri: quā domiciliū principū claꝝ appellat. pręterea ſic ait. & in prima germania pręter alia municipia magunciacos vangiones nemetes & argenteracos.

Ammian⁹ Agrippia. Treueris.

Teſtis quartus.

Vrbanus papa ſecundus in conſilio claromontē/ſi inter orandum Carolum magnum germanum fuiſſe commemorauit.

Vrbanus papa.iiij.

Teſtis quintus

Eneas ſiluius in ſua Europa dicit: Quamuis Ca/rolus gallię potiret̃ imperio/germanus tamen fuit/ in germania natus alituſq; Cuius ſedes plerūq; in Aquisgrani fuit: Quæ ciuitas thęutonica eſt.

Eneas. Aqſgrani:

Teſtis ſextus

Anthoni⁹ Sabellicus

M. Anthonius ſabellicus in annalibus Venetoꝝ in eandem ſententiam aſtipulatur.

Teſtis ſeptimus.

Cornelius Tacitus. Trebotes. Nemetes. Vãgiones Hubij. Frã. Petrarcha.

Cornelius tacitus de ſitu germanię inter germanos interſerit trebotes qui ſunt Argentineñſes Nemetes qui ſunt Spirenſes Vangiones q wormacienſes/ Vbios q Colonienſes nũc appellant/qui quidẽ Cornelius antiquus eſt; qm̃ ſub veſpaſiano de germanię ſitu ſcripſit/et Fran. Petrarcha totã rheni vallem germanię partem dicit eſſe nobiliorem.

Hiſtoria Suetonij in Auguſto.

Poſtq̃ Auguſtus domuit: partim ductu partim auſpicijs ſuis Cantabriam Aquitaniã Pannoniam: Dalmaciam cũ illirico omni. Item Rhetiam & vindelicos & Salaſſos gentes alpinas coercuit: & dacoꝝ incurſiones: tribus eoꝝ ducibus cũ magna copia ceſis: germanoſq; ultra albim fluuium ſummouit: ex quibus ſueuos & ſicambros dedẽtes ſe: traduxit in Galliam (ſic a Iulio ſcilicet vocatam) atq; in proximis rheno agris collocauit. Hec ſuetonius recenſet: quẽ itali magnifaciunt/quem galli reſpuere nõ poſſunt, quem omnis natio dijudicat eſſe veracem. A temporibus igitur ſaltem Auguſti octauiani/ex hoc noſtro littore rheni/in quo veſtra urbs clariſſima ſita eſt fuẽre germani & non galli/& ideo germania ab inhabitatione germanoꝝ/nõ gallia fuit hec terra vocanda. Inde eſt: ꝙ Romani cũ primũ rhenũ deuictis alemanis rheno ex hoc noſtro littore proximis rhenũ trãsgreſſi fuiſſent. videntes homĩes trãſrenanos feritate animoꝝ/corpoꝝ proceritate/& colore flauo: forma

preterea & moribus & viuendi ritu/eis q ex hoc noſtro littore fuerunt ſimilimos/germanos hoc eſt fratres eoꝝ eſſe exiſtimauerūt. Germani aūt veris Gallis/neq colore capilloꝝ neq vultu neq lingua neq animo aut moribus pares eſſe certo cōſtat/ quinetiā germani ꝑceritate/ galli aūt ſola multitudine vincere conſueuerūt. vt ait Vegetius. Quaꝑpter merito urbs hec veſtra: & tota hec heluetioꝝ:id eſt alſaticoꝝ patria (Alſacia em̄ teſte Enea in europa heluecia vocata eſt)Romanā libertatem amplectitur: atq defenſat. recuſans ſuſpectam gallicoꝝ incidere ſeruitutē/ In quā ſemigalli quidā oratores ( ne dicā patriæ ꝓditores) nōnunq Romani regis inobedientiā nutrientes vos impellere poſſe gratularentur/ſicuti quondā Petrus de hagenbacho indicionē Caroli Burgūdionū ducis hec loca incidere deſiderabat atq meditabatur. Vegetius. Eneas Hagēbach Carolus dux Burgundie.

Confutatio de lilio in Moneta.

Videor mihi videre/hoſtem quēpiam vrbis veſtræ/ aut patrię ꝓditorem paratū ut cōtra nos latret: Liliū qđ in monetam veſtrā incudi ſolet: argumentū eſſe. antique ſubiectionis gallicoꝝ: Cui ego: qđ de lilio relatras/ populare eſt murmur. & vulgo populoq qui frequenter fallit vſitatū. Tu mihi oſtendas hiſtoriā oſtēde teſtē auctoritate & fide dignū: liliū ob hāc cauſam eſſe in moneta urbis noſtre/ꝙ preſeferat antiquū galloꝝ dominatū: ſicut ego tibi ſpectatiſſimis teſtibus & hiſtoriographis irrefragabilibus indicam urbem Argentinā nunq gallis fuiſſe ſubiectam: rex Galloꝝ tria habet lilia: urbs noſtra unū. Rex galloꝝ lilia in ſignis & armis circūfert/ urbs noſtra in nūmis Nam & longe aliud habet belli ſignū purpuream ſcꝫ ex dyametro ſtratam/in nitida planicie/quā ex vete Arma urbis Argeñ

rano quodã audiui: ſignificare magnã ſanguinis inũ dantiã: q olim ex hominũ ſtrage in hac urbe ſiue pro fide ſiue ꝓ Romano imperio facta effuſus / ꝑ vicos huius urbis inſtar riui aut fluuij ꝓmanarit. Si utiq (ut tu cõtendis) rex gallię ꝓ memoria pręteritę ditio nis huic urbi liliũ reliquiſſet: cur non potius in vexil lis ipſis circũferendũ / quã in nũmos incudendũ tra didiſſet. Nec iſtud monetę ſignũ tantę eſt antiqtatis ut ad eam etatẽ accedat In qua tu credis galloꝝ reges huic urbi fuiſſe dominatos: Nam & antea alijs hec vrbs imaginibus uſa eſt: angeli ſcilicet & ale aquil ine que hodie extant apud multos antiquoꝝ numiſma tũ amatores: Quid qđ imperator Romanus q urbi poteſtatem cudendi monetã dudũ tribuit / & ſignũ qđ incuderent ꝓ arbitrio ſuo potuit preſtare. ſicut & imperatores multis germaniæ nobilibus / lilium his unũ: alij vero plura ꝓ ſignis & armis militaribus cõ ceſſerũt / utcũq ſe res habeat: ſatis mihi fuerit demõ ſtraſſe (ſicut opinor) has terras a temporibus Octaui ani germanos & nõ gallos inhabitaſſe / atq ipſũ Ca rolum magnũ victorioſiſſimũ imperatorẽ nõ gallũ ſed germanũ fuiſſe / quãuis (ut meminimus) gallis fu erit dominatus / de cuius ſplendore & reꝝ geſtarum magnificentia / germani merito gloriari poſſumus / quoniam vt vera Caroli magni ſtirps a germanis ori ginem habuit / ita in germania permanſit / in tribus il luſtriſſimis Bauarię Saxonię Auſtrięq domibus in hodiernũ diem / Apud gallos vero in Ludouico lo tharij filio / genus Caroli magni iamdudum defęcit: regnumq gallię ad Hugonem ducem cognomẽto capucium: quem hiſtorie populares ex lanijs aut car nicidis deſcendiſſe referunt / tranſlatum eſt.

Bauaria
Saxonia
Auſtria
Lotharius
Hugo ca pucius.

# Ad rem publicam.

## Liber ſecundus de Concordia.

C Vm nunc omni ſanctiſſimo iure (ut etiā de prēſcriptione ſileamus) gallicoꝶ iugum prudentiſſimi vos ſenatores & magiſtratus poſſitis excutere: ſpero contra alioꝶ etiam quorūcunq; inſidias et tumultus urbem veſtrā fœliciter poſſe ſubſiſtere. quippe qđ credo eam a vobis gubernari tū iuſte: tum prudenter. Credo equidē inter ſenatores: inter nobiles: inter quindecim viros: inter tredecimviros reliquoſq; magiſtratus / ac inter tribunos plebis concordiam foueri: qua parue res creſcūt: maxime vero dilabunt. ita ut inter vos nō ſint partes: nō factiones nō ſimultates: nō odia inteſtina: quæ ubi inciderint de regnis de ciuitatibus de rebus publicis actum eſt: Veꝶ mihiȷpſi pſuadeo: amore reipublicę veſtrę: oīs vos cōcordiā mutuāq; caritatē gerere atq; cōſeruare Saluſtius

### De amore reipublice.

Magnum enim ſeruandę ciuitatis vinculum / eſt reipublicę reſpectus & amor quo preditos vos eſſe conuenit / quotiens in curiam aut ſenatum intrabitis ut priuatoꝶ obliti publica duntaxat curetis.

### De neruo Belli.

Quo fiet / ut cōmeatus & erarium creſcat: belliq; neruus: qui pecunia eſt: amplificetur Abſq; pecunia em̄ & cōmeatu bella geri nō poſſe / ex hoc cōiectari poteſt / qđ a pleriſq; ductu ſuoꝶ adulatoꝶ / ad belli gerandū pſuaſis / facile bella ſuſciperent. niſi coqui pincerne queſtores & granarioꝶ magiſtri / ſuis conſiliȷs & querelis impedimento forent & obſtarent.

### De cauenda iactantia.

FREIE UNIVERSITÄT BERLIN UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK

Nec tamen vel de publico vel de priuatis theſauris gloriandum eſt. Ex huiuſmodi em̄ iactantia/ ſe ipſam prodit vanitas/ ſuperbia cornu erigit: humilitas ſupprimitur deus offenditur: odia & inſidiæ exterorum ſuſcitant̄: & tandem reſpublica labaſcit.

De amicitia vicinorum

Plurimū em̄ ciuium ſalutis & ciuitatū intereſt: habere vicinos/ ſiue populos ſiue principes benefauentes: vicinis horrea erigunt̄ eſt in dicterio: Principum amicicia querenda & cōcilianda eſt: ſed nō omnino in ea ſola ſecuritatis & ſalutis ſpes eſt collocanda: neq; firmiter innitendū: ꝓpter ingentem adulatorꝫ copiam/ qui illuſtriſſimos & māſuetiſſimos principes ſeducūt: facileq; eis pſuadent/ ciuitates imperij plus ſatis habūdare/ Inſidias & bella eis eſſe inferenda/ & ſua auferenda: ut ſpolijs & rapinis ipſi ditentur/ qui ingluuie ludo venere vanitatibus ſpectaculis luxu torneamētis ſua turpiter diſſipauerūt. Non dicūt illi aſſentatores & blandi hoſtes prīcipibus/ ciuitates eſſe pręclara membra imperij/ nobiles eſſe filias criſtianę religionis ac totius patriæ aſilum: & ſingulare prīcipum refugiū/ apud quas (ſi opus ſit) era & cōmeatus (vel mutuo) cōquiri poſſint. Non dicūt principibus in magnis imperij ciuitatibus/ utriuſq; ſexus homines: ex vitæ puritate & ſanctitate morꝫ/ deo (a q̄ om̄is victoria) gratos inuentū iri Lōge ſecus dijudicabat integerrimus victorioſiſſimuſq; Bauarie dux Fridericus comes Rheni palatinus: Philippi moderni patruus: is em̄ ciuitatū beniuolentiā magnipēdebat. Veluti non mediocrem ab eis fructū & opitulamen aſſecutus/ ſciens nō ciues & populum propter principem: Sed principem ꝓpter populum & ciues electum eſſe. Et ſe ciuitatibus quoq; imperij obnoxi

Fridericus palatinus.

um eſſe nõ dubitabat: tum quia ipſe imperij prĩceps Tum quia criſtianus/qui criſtianoꝝ utilitati & paci intendere foret aſtrictus: Quãuis nullam imperij ciuitatem contemneret. fertur tamẽ crebro dixiſſe: bono & forti ſeſe muro tantiſper cinctum munitũqꝫ eſſe/quãdiu ab oriente noricũ monte/ ab auſtro & meridie argentinã: ab occidente nemetes & vangiones: Ab aquilone vero agrippinã bene ſibi velle ſperaret Prudens & iuſta prudentiſſimi iuſtiſſimiqꝫ principis ſententia Quippe quẽ ꝓpter prudentiã adulatores fallere nõ poterant/& cui ꝓpter iuſticiã ac religionẽ oẽs ꝑdones fuerãt exoſi: a q̃ & paſſim exterminabãt

Noricus mons
Argẽtina.
Nemetes.
Vãgiones
agrippina.

De iuſticia in exteros.

Huiuſcemodi aũt ſanguiſugaꝝ laqueos/ haud facilius euadet ciuitas: q̄ ſi iuſticiã & equitatẽ colat/ ac nulli prorſus vim inferat/ita ut graſſatores iſti alienaꝝ reꝝ appetentiſſimi: cogitãtes belli cauſam ex ſepe abrũpere/nullũ colorẽ nullũ typũ habere poſſint iuſtę querelę. Itaqꝫ diſſimulatione patientia blãdimẽtis manſuetudine nõnunqꝫ opus eſt erga exteros/ q optarẽt ſibi plerũqꝫ iniuriam aut vim inferri: vt ꝓ tenui cõtumelia/aut ꝓ dãno unius nũmi ſuſcepto. ipſi cũ ſuis cõplicibus uniuerſam urbem & patriam depopulari poſſent/& cum egregias reſpublicas/magnaſqꝫ ciuitates ad repugnandũ ſeqꝫ tuendũ/grauiſſimas neceſſe eſt facere impẽſas: nihil a ꝑditiſſimis hominibus lucri expectare licebit/ niſi magnũ queſtũ credas/viliſſimi latronis ſcabioſũ caput amputaſſe.

De parſimonia in publicũ erarium.

Non minus aũt doleat/nõ minus caueat/ quiſqꝫ ex magiſtratibus / de publico erario auꝝ & argentũ ꝓfundi: quã ſi de ꝓprio marſupio in detrimentũ paterne hereditatis aut in diminutionẽ priuate ſubſtan

tię unde viuat expellere cogiret. Fingat quiſq; & in animo ſuo cōſtituat/in omni ciuitatis negocio de quo deliberādum & conſiliū pſtandū eſt: ſuā priuatā rē agi: ita ut nō minus utilitatis & glorię publicę habeat ratione/quā ſi ſua & liberorum omiſq; familiæ ſuæ cauſa verteret: immo eo magis affici quiſq; circa rem publicā debet. quā priuatā quo hic ſalus multorum pendet/& bonū quo cōmunius eſt/tāto eſt & ſanctius/tāto eſt diuinius. Hic ſincerus amor: hic firma fides in rēpublicā cōprobat: & inde eius potiſſimū ſalus pēdet: & incrementū: hec grauitas: hec conſtātia: hec pbitas: hec fides: hec in rēpublicā integritas priſcos cẹperat romanos: atq; eos immortales fẹcit & illuſtres crediderūt em ob id ſibi certū apud ſuperos in cœlo fuiſſe locū definitū/ eis aūt q in republica violanda fraudes inexpiabiles concepiſſent/iter eſſe ſecluſum a concilio deorum arbitrabantur.

De iuſticia in ciuitate.

Nec ſatis eſt in extraneos iuſtā eſſe ciuitatē/immo ītra ipa menia/inter ipos cōciues: iuſticia examuſſim cōſeruet neceſſe eſt: ne potētiores humilē ne opulēti egenū: ne pceres plebē ullo pacto nō ſolū nō opprimere: ſed ne aſpnari qdem & deſpicere conent: & ne ullus ſtatus aliū labefactare aut diminuere querat.

De triplici ſtatu in ciuitate neceſſario.

Cum em p decore regni: p gloria principatus/ p excellentia ciuitatis tres ſint neceſſarij ſtatus: eccleſiaſticus: militaris & ciuilis: bene omnia habent. ſi qſq; in ſuo ſtatu pacifice & trāquille viuat. & ab altero minime p iniuſticiā offendat. Cerberus aūt vel pluto (cuius inuidia introiuit mors in orbem terrarum) pacem & concordiā ſummo pſequens odio/ ſeminare nō ceſſat: inter hoīes triū ſtatuū diſcordiā inſidias ſi

multates: ſuggerens & pſuadens uni: Alteros duos plus ſatis opibus abundare: adeo/ ut nemo ſua ſorte aut ſtatu cõtentus ſit: ſed alteri nocere querat. ſicq; odia: ſic murmur: ſic detractio: ſic rerũ alienarũ appe tentia. in regno in principatu in ciuitatibus quotidie ſuboriunt. Militares & ciuiles murmurãt in eccleſi aſticos/ qd ocio vacent. qd manuũ opa nõ faciãt/ & magnos tamẽ redditus ſorciant: putãt eccleſiaſticos emolimẽta ſine labore poſſidere: Ideoq; murmurãt & inuident/ viſumq; eſt eis ſtatũ eccleſiaſticũ ꝓrſus eſſe inutilem. Pleriq; vero militares utrũq; ſtatũ: & ci uilem & eccleſiaſticũ odio & cõtemptu pſequũtur/ atq; in pñtia magnatũ/ aut inter ſeipſos cõtra fœli citatẽ quietẽ & diuicias utriuſq; ſtatus murmurare nõ ceſſant. Hec inuidia hoc murmur: omnẽ criſtianã rẽpublicã deſtruit. germaniã diſſipat: clerũ opprimit ciuitates inquietat: & ſarracenorũ vires facit amplio res. Talis eſt inter hoĩes & rerũ publicarũ ptes hec di uiſio/ qualis eſſet in humano quodam corpore: ſi e ius membra ſe inter ſeipſa diſcerperent: roderent: di laniarent. Perſpectũ aũt cũctis eſſe debet/ oĩs hos ſtatus in republica. veluti in corpore diuerſa mẽbra neceſſarios eſſe: Eccleſiaſticũ tanq; oculos. Militarẽ ut cor vel ſtomachũ: Ciuilem vero tanq; manus: ciui lis cõtra eccleſiaſticũ nequaq; murmuret: perinde ac ſi a labore manuũ ſit liber/ aliud eñi ſuũ eſt officium puta ſacrificiũ: ſupplicationes: pſalmos: ſacramẽta: ſcientiã: doctrinã: cõſilia: gratiarũ actionẽ impẽdere dirigereq; in bonos actus: qbus ad finẽ (ꝓ q̃ cõditi ſu mus) pueniamus: q̃ qdẽ cũ eccleſiaſtic9 facere nõ poſ ſit/ ſi una manib9 laborare cogeret neceſſe eſt. ut mi litares et ciuiles eũ ſupportẽt: eiq; reddit9 ſuppeditẽt decĩas & emolumẽta miniſtrẽt militaris ſtat9 officiũ

eſt defenſionē ſuſcipere: pacemq; parere atq; quietē: Ciuilis. ſubſidiū pecuniarū q; largitionem exhibere/ cū quiſq; ſic ſuo intendit officio: thartareū virus & infernas ſuggeſtiones reprimens: bene omnia pacifice & iuſte in rebuſpublicis moderabunť: ſicq; ī ſuo flore ſtatus manebit eccleſiaſticus / volentibus ſacris iniciari aut cenobia deo amore ingredientib⁹. iuſta portio q̄ eos cōtingit: aut paterna hereditas nō denegabitur/ ultime ſacerdotū aut ciuiū voluntates nō caſſabunť. Honeſtis matronis viduis curatores nō ſupinducenť. vectigalibus talijs tributis aut exactionibus indebitis abſq; romani pōtificis auctoritate & cōſenſu clerus nequaq̄ grauabiť / & eccleſiaſtica prorſus libertas ſaluabitur incōcuſſa / munera in xenodochia pauperibus & ad edificia cultumq; temploꝝ a pijs fidelibus data / in alios uſus nō cōuertenť: homicidia: ſtupra: furta: & reliqui enormes exceſſus cēſoria nota caſtigabuntur. Cenſura em̄ pacis magiſtra eſt atq; cuſtos / Quid em̄ ꝓdeſt foris eſſe ſtrennuū / ſi domi male viuiť: Expugnenť licet urbes: corripianť gētes: regnis manus inijcianť. niſi foro & curie officiū ac verecundia ſua cōſtiterit / partaꝝ reꝝ celo cumulus equatus: ſedem ſtabilem nō habebit / affirmat illuſtris & omniuarius hiſtoriaꝝ collector valerius.

De prudentia.

Haud minus deinde prudentia ſaluti ciuitatis quā ipſa iuſticia neceſſaria eſt / niſi fallax ſit plato: niſi Salomon mentitus ſit.

Quedam prudentis ſenatus officia

Ad prudentiā magiſtratus ꝑtinet / intelligere ſe gerere perſonā ciuitatis / deberecq; eius dignitatē & decus ſuſtinere / ſeruare leges: iura deſcribere: & ea fidei ſue cōmiſſa meminiſſe: ſcientiā & prudentiā nō floc

expendere: diuinas & humanas leges inueſtigare: capiti ſuo nõ inniti: aliarũ ciuitatũ ritus agnoſcere: in rebus urbanis & ciuilibus iuriſcõſultos: in his vero negotijs/in quibus deus offendi: ꝓximus ledi: caritas extingui cõſcientia vulnerari: & anima interire poſſet: theologos conſulere: archana cõſilia tenere: taciturnitatẽ optimũ ac tutiſſimũ adminiſtrandarũ rerũ vinculum nunꝙ̃ labefactare: de principibus reuerenter & modeſte loqui/apud ſedem apoſtolicã & cęſaream maieſtatẽ fidos ſemꝑ amicos habere/hoſpites et aduenas humaniter excipere: ius cuiqꝫ (etiam peregrino) dicere: alterã quoqꝫ ꝑtem audire: neminẽ facile inuadere: nec ſontem mox credere: neqꝫ mox vinculis aut neci dare: hoſtem non nimiũ timere nec nimiũ cõtempnere: doctis & nobilibus: qui reipublicę (etiã ꝓ ſtipendio) ſeruiũt deferre: tãti doctrinã ac nobilitatẽ immo ipſum ciuitatis & ſenatus honorẽ eſtimare: honor em̃ illi aſcribitur qui eum impendit.

De annalibus.

Prudentis quoqꝫ magiſtratus eſt: omnia memoratu digna in ciuitate: in patria in ĩperio geſta: examuſſim annalibus demãdare/ac ſic ꝑ monumẽta litterarũ ad poſteritatis noticiã transferre: ut patres ea nota faciãt filijs ſuis: & ut cognoſcat generatio altera. multũ id ad gloriã ad utilitatem/ad excitãdos iuuẽtutis animos ad futurorũ euentuũ cõiecturã: ad deliberationis fundamentũ: ad cõſeruanda iura: ad cõfutãdas iniuſtas futurę etatis actiones aut querelas: ad cõmemorãda cuiꝙ̃ vel maioribus ſuis impenſa beneficia vel obſequia: ad libertatem tutandam: ad manutenẽda priuilegia a romanis põtificibus & imperatoribꝰ data: ad bella & ad pacẽ reipublicę pertinere videt̃.

Commiſeratio in barbaros.

# Germania

Mirum eſt & reuera miſerandũ: quoſdã popula-
res adeo excecatos eſſe: ut quas ipſi ignorãt oẽs inge
nuas artes ſcientias hiſtorias leges latine ſcriptas: nõ
minus quã demon inſignia benedictę crucis dãnent
deſpiciãt execrent̃/ab earũq; ſtudio dehortentur di
ſuadeant: multoſq; parentes ſeducant: ne filios ſuos
philoſophię. legibus moribus hiſtorijs aut ſacris lite
ris tradant. Tales omniũ optimarꝝ diſciplinarꝝ oſo-
res/nõnunq; melius dijudicare poſſent inter pelles
caprinas: aut ſuillas: quã inter nobiliſſima volumina
& p̃cioſiſſimas cartas: tales inq; hoſtes o circũſpectiſ
ſimi ſenatores inuident glorię liberorꝝ veſtrorꝝ: ſeip
ſos & ſuũ honorẽ plus amant quã reipublicę veſtrę
ſalutem. ciuitatiſq; veſtrę incrementum.

Vtilitas latinæ linguæ.

Nõne ſatiꝰ eſſet: nõne honeſtiꝰ nõne laudabiliꝰ filios
vr̃os bono ingenio p̄ditos/ adhuc inberbes & ephe
bos/ ad latinos libros applicari: in q̄bus nobiliſſimã
linguã p̄diſcerent: q̃ alienigenas nũcios: epiſcopos:
cardinales: et(ſi opus eſſet)ſummũ pontificẽ alloq:
& ipſos ſacerdotes inter ſe colloquẽtes euãgelicam
q; hiſtoriã: & cetera q̃ in re diuina legunt̃ intelligere:
& more gallorꝝ italorũq; ſecũ conſcientiã emũdare
poſſent/libros inq;. In quibus ſapientiam: iuſticiam
religionem: prudentiam: fœlix reipublicę regimen:
iuſtas leges: hiſtorias: geſta veterꝝ: optimos mores/
p̄claras virtutes: naturaliũ rerꝝ cauſas: rigidarꝝ legũ
moderamẽ & equitatẽ: diſciplinã militarẽ: & ſtrate-
gemata ſugerent: & ut tandem viri facti: nuncios &
oratores in cõuentibus imperij intelligerent: aut ſal-
tem in ꝓprijs negotijs cauſidicos latine loquẽtes ca
perent/& certo ſcirent: epigrammata ſibi aut ſuis in
ſcribenda: vicio carere: ne ꝓ valido aut ſtrennuo ge-

neroſus in ſarcophago incidatur: atq; ut inſcriptio-
nes monetarum legere poſſent: & ne eos lateret: cur ce-
nobia diui Iohannis & ſancti nicolai in undis voci-
tentur: ineptecq; illa ad canes in vernacula nūcupari.
Sic ex inſcitia latinæ lingue multa locorum nomina
corrupta ſunt & male intellecta: ſic & falluntur: qui
extremas hiſpiniæ oras viderūt: reuerſicq; ſe apud a-
tram ſtellam vulgo zu dem finſtern ſternē fuiſſe glo-
riantur: cū apud finem terre fuerint: Sic apud alpina
tes opidum inter lacus hynderlappen: Sic domus pe-
tri inter molleſheym & pagum ſulcenſem dompfie-
tern: Sic alta ripa prope nemetes alt trip corrupta
ſunt & ruſtice nuncupantur: longe a latino ſermone
quo primum inſignita fuerunt aliena.

De gymnaſio pro pueris prima grā
matice rudimenta nactis inſtituendo.

Nonne incq; melius eſſet filios veſtros qui imma-
ture ex ſcolis puerilibus rapiuntur: cum vix primas
litteras legere norunt: ad unius ſaltem luſtri: immo
ad ſolius trienniȷ ſpaciū: in aliquod gymnaſium trāſ
mittere (quod vel in urbe veſtra ſine omni impenſa
reipublice ſolo domo exempta erigi poſſet) liberali-
bus tradi diſciplinis: Melius id eſſet: ut ſic in patria
apud parentes: modico ſumptu breui ſed utili inſti-
tutione apti redderētur. ad vniuerſalia ſtudia: ad ro-
manā forſitan urbem: ad ſtatum eccleſiaſticū: ad offi
ciū tabellionū & ſcribarum: ad externas pro mercatura
peregrinationes ad cardinalium familiaritatē: immo
ad cōſilia tandem in ſenatu preſtanda. Melius incq;:
quā qd' indulgētia (ne dicā negligentia) parentū aut
propinquorum ſinunt aucupio cōuiuiȷs, ocio ludo cala

miſtratura: malo utriuſq; ſexus cõſortio corrũpi ſe-duci perire. Et ne ecclesiarũ. & cenobiorũ ſcolis detri-mentũ credamur afferre nullum alijs ſcolis p̃iudiciũ inde ꝓuenire declarabimus / q̃m in hoc nouũ gym-naſiũ: nõ om̃es paſſim pueri ſunt aſſumendi: ſed illi duntaxat / qui certis annis alias prius ſcholas viſitaue rũt: quiq; eaſdem deinceps nõ ſunt frequẽtaturi: ſed vel ꝑmittunt̃ in ocio aut laſciuia hic corrũpi / vel q̃ ad externas aliarũ ciuitatũ ſcolas cũ magnis parentũ impenſis mittunt̃. vel nimis immature ad vniuerſita tes: ubi cũ nondũ plene ſunt latini aut grãmatici: ſo-lido fundamẽto carentes / audire incipiũt ariſtotilicã philoſophiã aut ſacratiſſimas leges: atq; ita toto t̃pe vitæ ſuæ ieiuni manebũt / & nunq̃ apud doctos in-trepide loquent̃: ꝓpter inſcitiã literarũ humanitatis / & veri latinę linguæ fundamẽti defectum: Itaq; nul-lum om̃ino detrimentũ ex hoc nouo gymnaſio ſco-lis cathedralis eccesię & collegiorum ſuborietur: ne q; em̃ in animo meo ſedet cuiq; hominũ obeſſe / aut quẽpiã offendere velle: ſed & p̃ ceteris minime domi nos ſcholaſticos p̃cipuos meos benefactores / neq; ti mendũ eſt: ut ex hoc gymnaſio ſacerdotũ numerus creſcat / q̃m ea ſola ex literis oratorũ & moraliũ atq; hyſtoricorũ eſſent docenda / quæ nõ ſolum ad eccleſi aſticum / ſed potius ad ciuilem: ad militarem ad ſena toriũ ſtatũ cõducere videbunt̃ / & quid: ſi ex hac ſalu bri inſtitutione / plures quã hactenus urbis veſtræ fi lij: ad ſacra ydonei redderent̃: Profecto nihil honori nihil utilitati ciuitatis deperiret / ſi que ab imperatori bus ab epiſcopis a nobilibus a ciuibus beneficia: hac in urbe olim dotata & erecta ſunt: veſtri filij & nepo tes: deinceps cõſequerent̃: nõ minus quã q̃ď ex alijs terris ꝓuincijs ymo nationibus ortos / videmus ad

illa hactenus ſeſe adaptaſſe/ & inde viuere/ ſuiſq; ꝓ-
pinquis & nepotibus atq; familię benefacere & pro
deſſe/ & ne in hac noua paleſtra adoleſcentes ab elec
tiſſimis p̄ceptoribus inſtituendos/ muſicę ꝓrſus ig
naros fore timendū ſit/ p̄miſſo diuoꝝ vigilijs cōcen
tu/ facile in ipſis dominicis feſtiſq; diebus/ ad uſum
exercitiūq; cantus cōparandū: in proxima ipſi gym-
naſio parochia/ ꝓ diuino officio decātando: p̄cepto-
res cū ſcholaſticis ad rem diuinā cōuenire poſſent.

Exemplar principū & aliaꝝ ciuitatum

Sectamini queſo clariſſimi ſenatores & patricij/ poti
us Philippū macedonię regē: ſectamini pocius mul
tos victorioſiſſimos imꝑatores: Sectamini nobiliſſi-
mos principes electores: comites: barones: milites:
& ꝓceres (quoꝝ multos ego ipſe noui) immo multa
rū inſigniū germaniæ ciuitatū prudentiſſimos ciues
q liberos ſuos ſaluberrimo litteraꝝ ſtudio dedicaue
rūt: ſectamini hos potius: & negligite ſtultas inuido
rū hominū diſſuaſiones/ veſtros quoq; filios/ bonis
artibus erudiendos tradite: ut optimas literas addiſ
cant: ad decorē animoꝝ: ad virtutū incremēta/ ad ve
ſtra ſolacia: ad ciuitatis & reipublicę ſalutē/ ad toti-
us familię laudem & honorē: ad cognitionē ſuā ipſo
rum: ad anime immortalitatē ſciendam: ad fidei rō-
bur/ ad religionis ſtabilimentū: ad eternā vitā vobiſ
cum facilius conſequendam.

Iactura ocij & ignauię.

Quid enī facturi ſunt filij veſtri/ omniū litteraꝝ
ignari/ q ſaltem miliciæ nō indulgent: & q mercatu-
rā aut artem aliā nō exercent: quid aliud inq; facturi
ſunt aut facere poterunt/ toto tp̄e vitæ ſuæ: niſi ocio
ludo ſomno cōuiuijs (tanq; fruges cōſumere nati) in
dulgere: pudicas virgines ac honeſtas matronas de-

mulcere & corrumpere: ad qđ enim peccatum ocia nõ inſtigant/non ſe credant filij veſtri a deo in hunc mũdum collocatos eſſe: ut ſoli venatui: ut ſoli aucupio vacent: & ut ſint mancipiorꝫ mãcipia hoc eſt falconũ aut accipitrũ ſerui: illas aues cũ brachiorꝫ defatigatione & metu cõtaminandarꝫ veſtium geſtantes Nõ adquieſcãt filij veſtri turpiſſimis & ruſticiſſimis viris: qui eos a litterarꝫ ſtudio intempeſtiue abſtrahere nituntur qui inſidiãt glorię eorꝫ: qui ſunt profecto ciuitatis hoſtes: patriæ venenũ: virtutum emuli vitiorꝫ amici: ocij fautores: laſciuiæ ſuſcitabulum: libidinis ſtimulus: iuuenilium paſſionũ incendiarij: animarꝫ exitium: magnificentiæ naufragium: adoleſcentum pernicies: & rei publicę veſtrę deſtructores profecto ignorantes: quid fructus/quid voluptatis/quid gloriæ: quid honoris ex noticia latinitatis & litterarꝫ ſtudijs oriatur: Date veniam queſo mihi circũſpectiſſimi proconſules: & vos optimi ciues: Opto: em̃ et deſidero atq; diligo (ſicut & a teneris annis dilexi) liberorꝫ veſtrorꝫ utilitatem/reipublicæ ſalutẽ/& ciuitatis veſtræ incrementũ: longe magis quã iſti barbari & illitteratiſſimi corruptores. Vereor equidem/ne ingenioſiſſimi filij veſtri: ſi litteras non didicerint/tandem cũ inter doctos et prudentes etiam in proprijs aut publicis ciuitatis veſtræ negotijs ut muti aſſidebunt/ſine fructu deplangere incipiant iacturam temporis: et pudendam ignorantiã: ne ue parẽtum aut propinquorꝫ circa ſe turpem negligentiam criminentur. Talia enim ego lamenta. tales conqueſtiones/ab illuſtrium generoſorꝫ & nobilium filijs plus ſemel eis miſertus audiui.

De Religione.

Poſtremũ (quod eſt omniũ potiſſimũ) ſapientem

magiſtratum: qui feliciter rempublicam adminiſtrare ſperat: oportet ante omnia rei diuinæ curam & reſpectum diuinorūq; preceptoꝝ obſeruantiam non negligere: neq; enim deus vult contemptū rei a mortalibus: In leges quippe diuinas impie agere impune non cedit/hac cauſa omnia poſt religionem ponenda romana ſemper ciuitas duxit nec dubitabant ſe humanaꝝ reꝝ futuros eſſe rectores: ſi diuinæ potentię bene et conſtanter fuiſſent famulati: exemplū ſumamus a paganis et ydolatris: veroq; deo ſuū honorem ſtudeamus impendere: quē falſis dijs illi nondum vera fide illuſtrati obnoxius exhibuerunt: Nec dubiū quin ꝓ veſtra republica augenda cuſtodienda q; ꝓpitius deus tantiſper excubabit. quādiu ab exactiſſimo cultu ſuaꝝ ceremoniaꝝ & preceptoꝝ ſuoꝝ obſeruatione oculos nequaq; habituri eſtis remotos ad religionē vero ꝑtinet ſummū ſacrificiū fieri: pſalmos & himnos decātari: gratiarūactiones ꝓ diuinis beneficijs atq; victorijs nō omittere: ut vos ꝓ deuicto burgundo quottannis: et contra terre motum diui luce feſto laudabiliter obſeruatis.

## De Concionatore

Ad religionē q̄q; ꝑtinet cōciones frequētare: et cōcionatorē vera dicentē patiēter ferre atq; tueri: potiſſimū ꝟo ſecularē theologū: ſufficienti ſtipendio ꝓuiſum: q ob id cōſtanter & intrepide q̄ vera ſunt palā audebit eloq: magis q̄ ſi ex oblationibꝰ aut elemoſinis ſuſtentaret: magnope hec urbs affici deberet: ad p̄ſtantes theologos: q̄les dudū habuit: q argentinā illuſtrē et noīatiſſimā reddiderūt: Thomā et Vlricū: q̄ꝝ noīa & natale ſolū in oībus gymnaſijs ſunt celebratiſſima: ꝓpter īſignē philoſophię et ſacrę paginę doctrinā: ꝓpterq; accuratiſſima et vtiliſſima ſcripta/

que ex nobiliſſimis ingenijs ĩ ſempiternã patriæ ſuæ laudem poſteritati reliquerũt. Doctos vero & hone-ſtos theologię/ac pacificos ſacroꝝ canonũ ꝓfeſſores urbs veſtra abſq; omĩ impenſa facile ꝑpetuo habitu-ra eſſet/ſi elegantiſſimaꝝ & ſanctiſſimaꝝ literaꝝ te norẽ/quas Iohannes keyſerſpergius ſapientiſſimus veſter cõcionator ad illuſtriſſimũ pientiſſimũq; vr̃m epiſcopũ/ex criſtianiſſimo zelo iampridẽ ſuꝑ hac re dederat/in opus efficax deductũ iri vnq; cõtingeret

Que religionis amore ſint caſtiganda

Ad religionẽ quoq; ꝑtinet:murmur:deambulati-ones:officiũ curiæ:mugitũ aut ululatũ ex larua ſub organis in ſacratiſſimo templo veſtro (ſub re p̃cipue diuina) nequaq; ſuſtinere: dies feſtos: & tẽperantiã quadrageſimalẽ in publicis domibus a robuſtis & o cioſis minime palã omĩbus violari/q̃tidianas ingur gitationes lege ſumptuaria more romanoꝝ reprime re:ſortilegiũ:ſuꝑſtitiones:blaſphemias: & ludos ve titos:q vix blaſphemia carent:humanas leges rituſq; & conſuetudines naturali aut diuino iuri contrarias nullo pacto tolerare:publicos adulteros magnis ho noribus non afficere/ ciues emeritos & imbecilles (non admiſſis trutannis)elemoſina fouere: Et demũ ad religionẽ amplificandã nõ nihil attinere videt̃/ ſi vobis iuſtiſſime & equiſſime ſollicitãtibus atq; petẽ tibus/ex firma ſummi põtificis auctoritate/acceden te inclytiſſimi reuerẽdiſſimiq; antiſtitis veſtri/& illu ſtris maioris eccleſiæ capituli ceteroꝝq; venerabiliũ collegioꝝ immutabili cõſenſu:ſinguli ſingulis in ur be veſtra canonicatibus (ceteris paribus)deinceps ꝓ ficiant̃:ſicut apud baſilienſes & nemetes In herbipo-li & bamberga: ceteriſq; nõnullis germaniæ ciuitati bus in q̄bus epiſcopales ſunt ſedes: honeſtiſſime ſan

ctiſſimeq̄ꝫ ſeruat̄: ſic em̄ multis filijs & nepotibus ve-
ſtris facilius ꝓuidebit̄: diuinus cultus erit auctior: ul
timis inſtituentiū voluntatibus ſatis fiet/animabus
defunctoꝝ copioſius ſuccurret̄: & dulciſſimi liberi
nepoteſq̄ꝫ veſtri deo militātes/vobiſcū ad celos ꝓue
hent̄. q alioqn multiplicibus onerati p̄bendis/ qbus
ſatisfacere minime poſſunt/quas cōtra phas: contra
ductū recte rationis: cōtra caritatē: cōtra terribilem/
Ioannis pape. xxij. ꝓhibitionē poſſidebūt: dimergē
tur ad inferos/ꝑpetuo diſcruciandi/qs tam temerari
us: qs tātus iuſti dei: epiſcopalis & veſtræ poteſtatis
cōtemptor: q tam ſanctū ſtatutū: diuini cultus ſalu-
tis defunctoꝝ: & multoꝝ ꝓuiſionis amplificatiuū: a
ſede apoſtolica firmatū: epiſcopi & capituli veſtræq̄ꝫ
magnificētiæ ꝑpetua & fortiſſima defenſione muni-
tū/vnq̄ꝫ dirūpere aut eneruare conet̄. Conſtanter &
abſq̄ꝫ omni metu ac pudore vr̄as vigilantiſſimas cir-
cūſpectiones: prudētiſſimi ſenatores exhortatꝰ ſum
de his q̄ ad amplificandā religionē attinent: fretus &
confiſus in innata vobis/& a ꝓauis veſtris in vos de
riuata virtute & honeſtate: maiores etem̄ veſtri/reli-
giōis amore: eccleſias tēpla cenobia beneficia erexe-
rūt/cultū diuinū in cathedrali eccleſia: p̄ſertim in ſa-
cello dn̄ę noſtrę in diluculo & veſperi inſtituerūt: nu
meꝝ deo ſeruientiū auxerūt/ ſacra loca p̄cioſiſſimis
ornamentis venuſtarūt/parochiales eccleſias mona
ſterijs mēdicantiū antiquiores amauerūt/ iudeos eli
minarūt/ſanctā romanā eccleſiā & apoſtolicā ſedē:
ut veri criſtiani ſemꝑ venerati ſunt/ eiuſq̄ꝫ nūcios &
oratores benignę exceperūt/& humaniter tractaue
rūt: & ut petri ſucceſſori: criſtiq̄ꝫ vicario deferrēt/ ad
defenſionē primæ ſedis heroſiarcham quendā Fride
ricū danubianū/de cōſtantini donatione male ſenti-

entem igni. ſuoſq; nō paucos utriuſq; ſexus cōplices partim vltimo ſupplicio: ptim exilio: anno xpi mille ſimo quadringenteſimo quinquageſimooctauo dam-nauerūt/qua ppter nō immerito veſtræ ſanctiſſimæ reipublicę romana eccleſia: ſummuſq; pōtifex affici tur fauet et qđ iuſte petitis aut unq̃ petituri eſtis: abſ q; omī retractione ppetuis tēporibus duraturū cōce-det atq; indulgebit.

De optimis ciuibus

Ad bonos ciues ptinet infinitas poſſeſſiones non appetere: uſurā fugere: rēpublicā amare: cōciues di-ligere: magiſtratū honorare: ſeditiōes abominari: ec cleſias & clerū colere: diuinū honorē ampliare: pau-peribus beneficos eſſe: equo & pari cū ciuibus iure cōuiuere/neq; ſubmiſſos & abiectos neq; ſeſe efferē tes eſſe in republica ea velle quæ trāquilla & honeſta ſint: ſuis cōiugibus indiuiſibiliter adherere: una vxo re eſſe cōtentos: de ſuo ſanguine vxorē nequaq̃ du-cere: nec ob ſola corporis aut fortune: ſed etiā ppter interiora (animi ſcꝫ) bona & pclaras virtutes. vxorē eligere: nec in etate nimis iuuenili copula uti coniu gali. Tpe potius frigido quā calido filiorū pcreatiōi operā dare/vxorū bonas cōditiones ſufferre: malas reprimere/bone cōditiones ſunt erubeſcētia: pietas: & miſericordia. Male vero ſunt: q̃ frequēter cū intē-perātia paſſiones ſuas inſequunť: q̃ ſunt garrulę & li tigioſe: & q̃ incōſtantes: Sūt ergo a maritis regende: ut inducanť ad tēperantiā: ad taciturnitatē: & ad ſta bilitatē: Ad tēperantiā ptinet caſtitas pudicitia: abſti nentia in cibo: & in vino ſobrietas. Decet qdem eas eſſe caſtas: nō ſolum ut fidem viro ſeruēt: ſed & ne ex adultero cōcepta ples in paternā ſuccedat heredi tatem: qđ eſt crimen & flagitiū quā iniquiſſimū: &

apud ipſos etiã animarũ: medicos ꝑplexum: Addo pudicitiã/nec em̃ caſtitas ſufficit/qua vxores inconceſſa venere nõ utant̃: ſed & honeſtas & pudicas eſſe oportet: vt ab omnibus ſignis & verbis: quæ in honeſtatem ꝑ ſe ferũt: ſummopere cauere videant̃: Neq; em̃ ſatis eſt: alienũ filiũ in hereditatem nõ ſuccedere: ſed & ad ſanctum coniugiũ exigitur: vt pater de ſua prole qualemcũq; habeat ſiue certitudinem ſiue fiduciam: ad huiuſcemodi caſtitatem & pudicitiam: ad taciturnitatem: ad abſtinentiã & ſobrietatem: mediocres ciues p ſeipſos: excellentiores aũt qui nobilitate aut opibus florent/ p grauiſſimas boni teſtimonij matronas debebunt adhortari. Eſt & mariti officium/moderate & diſcrete actu uti coniugali: habita temporis loci: modi honeſti: ſanitatiſq; corporalis ratione: quiſq; etiam maritus vxorem ꝓ viribus ſuis/& ꝓ ſtatus differentia: in ornamẽtis & vitæ neceſſarijs: tum honorifice tractet: tum dulcia caritatis & amicitiæ in eam ſigna blande appellando atq; monẽdo demonſtret. Ad ſuperbas aut fatuas durior increpatio neceſſario eſt: Ad humiles & prudentes lenia et blanda ṽba ſufficiẽt: mariti vxores amẽt ut ſocias nõ ut famulas: azelotipia caueãt: ſed & ꝓuideãt: ne ſint azelotipi: ne ad manũ ſcʒ anſam eis p̃bere videãt̃

De inſtitutione filiorum.

Parentes proſpiciant/ut liberi ab infantia in fide/ bonis moribus/liberalibuſq; diſciplinis inſtruantur ne perpetuo ieiuni ſint/atq; famelici/ quales Aurelius Auguſtinus de vita beata/eorum dicit eſſe animos. qui nullis diſciplinis eruditi ſunt/nihilq; bonarum artium hauſerunt. Admoneanturq; filij/ ne in ſermone viſu vel auditu peccent/imperfectionẽ linguæ in quibuſdam litteris arte & ingenio more de-

moſtenis ſuperare cõtendant: ne in cibo & potu ex-cedant / ut in labore patientiaq; animi & corporis ſe exerceãt: ut eorꝝ & in bellicis & ciuilibus officijs vi-geat induſtria: deũ colant: deũ timeant: quid eñ erit cuiq; inter hoĩes ſanctũ cui diuinitas deſpecta ſit: di uina noĩa nõ execrenť: nec facile ſinanť iurare ꝑ deũ: ꝑ animã: ꝑ fidem: ꝑ iuſiurandũ / ſic eñ aſſueſcerent deierare / ex aſſiduitate iurandi: ꝑducti in cõtemptũ fidei & iuramẽti: ſicut galli qui mox ꝑ meã fidem di cunt. lingua ſua Par mo foi: Doceãt parẽtes ut liberi ſui ſeſe: ſacerdotes & ſenes honorent / corã eis aſſur gant: nulli detrahãt: nemini illudant neminẽ deſpici ant: nec quemq; cõtumelijs aut minis afficiant. blaſ phemiã: furtũ: mendacia & rapinã odiãt: nemini ad peccandũ opem ferãt: praua cõſortia fugiãt. comita tem & affabilitatẽ addiſcãt. ꝑtinaciam ꝓprij ſenſus et voluntatis abijciãt: multiloquiũ & o ciũ vitẽt: fru gales humiles & mãſueti exiſtant: iactantiã ſpernãt ab impudicis imaginibus ſe ſubtrahãt: honeſta con-ſortio querãt: morꝝ grauitatẽ & ſermonis modeſtiã ament: ſpem in diuitijs nequaq; collocent: cito ſe ad virtutes & ad bonã cõſuetudinẽ ꝑparent: luxum & calamiſtraturã caueãt: animi ꝑturbationes ſedare aſ ſueſcãt: vitã ſuã ex alijs emendent: ſeſe corripientes patienter auſcultẽt. ꝓ ludo hiſtorias: ꝓ gula honeſta ſolacia: ꝓ ocio literarꝝ ſtudiũ aſſumãt. Vt ſic apd' ex-teros: apud principes: in cõuentibus imperij: corã o-ratoribus aduenis reipublicæ ſibi ipſis gloriã: amicis voluptatem: & reipublicæ argentinenſi honorem & incrementum afferant ſempiternum.

De educatione filiarum.

Parentes deniq; filias ſuas / a diſcurſu ab euagina tione: a multiloquio & ab ocio ſtudeant cohibere:

quantũuis ſint diuitesaut nobiles: manuũ operibus tradant/ qbus laſciuiã & malas ſuggeſtiones deuincãt: iubeanť exemplar ſumere: ab octauiani auguſti & Caroli magni filiabus: quoꝶ alter potẽtiſſimus inter latinos, alter maximus inter germanos imperatores fuit: q filias ſuas operibus femineis applicuerũt/ Vtriq; eñ manifeſta fuit: fortune inſtabilitas & viciorꝶ qbus ocia irritamentũ p̃bent multitudo magnitudoq;: quin potius ipſam ſacratiſſimã virginem dei matrẽ imitenť quã diuus Hieronimus textrino perhibet operi in templo vacaſſe & exemplo ſit illuſtriſſima bauarici ſanguĩs margaryta philippi palatini pudiciſſima cõiunx quã a muliebribus exercitijs/ q̃ tela ſtamine lana ſerico conſuitione acupictura & ope phrigio fiunt: cõſtat/ quoad vixit/ nequaq̃; deſtitiſſe cũ uniuerſo puellaꝶ gynecei ſui cetu: ocij laſciueq; carnis victrice: nõ pudeat neq; pigeat ciuiũ & militũ filias id agere: qđ dei matrẽ qđ impatrices qđ impatoꝶ & ducũ tũ cõiuges tũ filias ſedulo norit effeciſſe Margaryta palatina

¶ Parentũ deniq; q liberos ſuos vere & criſtianẹ diligunt/ quiq; cũ eis ſperãt in futura vita ꝑpetuo letari officiũ eſt/ pueros ſuos in teneris annis: humanẹ fragilitatis ignaros: carnis incẽtiua & mũdi inſultus nõdum exptos: neq; blandimẽtis neq; minis impellere et urgere ad arciorẽ vitã: ad rigidiorẽ viuẽdi tenorẽ/ quã nobis xp̃s legiſlator noſter indixit: cũ eñ ipſi parentes p̃ humana fragilitate: vix mandata dei quãuis leuia ꝑfecte impleuerint: a paterna pietate alienũ eſſe videť: liberos ſuos adhuc tenellos p̃cipue inuitos & reluctãtes grauioribus votis & cõſilijs ceremonijſq; & ſanctionibus alligare/ & nihil aliud cogitare: quã qđ a ꝓle ſua liberenť: quodq; de cetero nullam aut modicã ꝓ iſtis pueris educãdis: coguñť habere ſoli

citudinē: parꝫ anxij aut circūſpecti: ſi in bonis litte/
ris: ſi in grammaticę fundamēto: ſi in moribus: ſi in
virtutibus: ſi in timore dn̄i: ſi in mandatorꝫ eius ob/
ſeruātia abſq; malo exemplo: indies ꝓficiāt atq; cre/
ſcant. Neq; em̄ tōſum caput & cuculla quempiā bea
re poterūt: q dn̄i noſtri p̄cepta nō ſeruauerit: quāob
rem ſatis incōſulto (ſicut opinor) innocētes puellulę
nonnunq; intrudunt./ad ea loca q̄ vix tribus a lupa
nari paſſibus diſtant: q id faciūt parētes / iudicari poſ
ſunt / malle ſe filias habere meretriculas: quā reliquo
rū liberorꝫ coheredes: cūq; terrenę ac fluxe ſubſtātię
detrimentū metuūt: aut humiles nuptias fugiūt: ipi
ſuorꝫ & puerorꝫ animarꝫ: maiorē iacturā: totiuſq;
familiæ maculam incurrunt ſempiternam.

Nobiliū & Ciuiū filij in quibus erudiendi.

Filij aūt aduc molles & teneri: & ob id ad miliciā:
ad mercaturā ad rempublicā regendā nondū ſatis ap
ti: ſalubrius inſtituerent. latinā loq linguā: vt intelli/
gere poſſent hiſtorias valerij & ſaluſtij: bonū domus
aut ciuitatis regimē ex Egidio / bonos mores ex ver/
gerio vel adoleſcētia frugalitatē ex ſeneca: reliq̄s vir
tutes ex tullio: artem militarem ex vegetio: ſtratege
mata ex frontone: architecturā ex victruuio: ruſtica
tionē & agriculturā ex Varrone palladio aut petro
bononiēſi: q̄ om̄ia & his maiora in ſingulari quodā
gymnaſio (utſupra meminimus) adhoc in hac urbe
deputando: paucis impenſis: facili labore: breui tp̄e
filij etiā manentes in hac urbe veſtra: & parentibus
aut ꝓpinquis cohabitātes: edoceri poſſent: cōpendi
oſo qdem & utili modo ac ordine: p̄ceptoribus ipſis
p̄ſcribendo: quē ut exactiſſime obſeruarēt: neq; ab
eo declinare auſint: iureiurando forent aſtringendi.
Huiuſcemodi aūt latinos p̄ceptores oratorie hiſtori

arũ & moralis diſciplinę ꝓbe doctos: vitaq̨ & moribus ꝓbatos/benignos maturos: nec ad ꝟbera ꝓnos nõ diffidat ſeſe hec nobilis urbs ſemꝑ conſecuturã/ quãdoq̨dem multe ſunt in germania uniuerſitates/ in q̄bus ydonei viri reperiri poſſunt/id melius honeſtius: utilius: glorioſius filijs veſtris & eoꝝ amicis ciuitatiq̨ foret: quã q̨ nõdum aut vix tria etatis luſtra habentes/ ꝑmittant in ocio viuere/ omnẽ leuitatẽ in veſtitu: in verbis in pilis in om̄i geſtu aſſumere latitare in officinis tonſoꝝ( ne dicã in caueis aut gurguſtijs meretricijs) aut in domibus cõuiuioꝝ publicis: ludo & gula in corpe in anima in rebus in fama perire & labefactari: veluti animalia vẽtris & carnis mãcipia: in q̄bus vix aliq̄d ꝟtutis veſtigiũ apparet: atq̨ ita bonũ & inexꝑtũ adoleſcentẽ: q̄ ad nullas bonas artes ducit: neq̨ ſãctiſſimis literaꝝ ſtudijs educat: viuere ut beſtiã/mori ut beſtiã: q̄ neq̨ ſibi utilis: neq̨ familię ſuę decorus: neq̨ reipub. vr̄ę comodus fuit: de q̄ mortuo nihil vere dici aut ſcribi poterit/ niſi q̄a bon⁹ fuit cõuiua vel ſodal' luſit: bibit puellas amauit

Duabus rebus beatior erit argentina quaꝝ alteram Iohannes Keyſerſpergius veſter ſapientiſſimus & integerrimus cõcionator perſepe interpellandũ cõmemorauit.

¶ [illegible] quibus ingeniũ natura dedit: dũ adhuc ad mercaturã: ad militiã: ad coniugiũ: ꝑ etatem minus ſunt idonei litteraꝝ ſtudio traderent: crebreſq̨ cõmeſſationes in publicis cõuiuioꝝ domibus (q̄s ſtubas vocãt) reprimerent/ne boni ciues: & p̄ſertim opifices: irreparabile tẽpus: & pecuniã alea ꝑderent: tantoſq̨ ſumptus & impenſas ꝓ ſua q̄ſq̨ ꝑſona: una die facerent: quanti pro ſeſe vxore ac liberis biduo

domi educãdis ſuffeciſſent: tũ demũ ſperarem ego:
veſtrã rempublicã p̃ ceteris germanię ciuitatibus fu
turã eſſe felicẽ: immo germanię decus & imperij co-
ronã iure eſſe appellandã / quã nec alia queuis urbs
aut reſpublica facile ſeſe contendat equare.

Excellentia urbis Argentinæ.

Siquidem q̃ ad ciuilem fœlicitatẽ attinent / in his
urbs veſtra plurimũ excellere videt̃: & p̃ ceteris habũ
dari: templis ſacellis reliquijs xenodochijs: monaſte
rijs: illuſtriſſima cathedrali eccleſia & p̃claris collegi-
is: bibliothecis: viris in om̃i facultate doctiſſimis fra-
trũ mendicantiũ gymnaſijs architectonicis / hebreo
rũ repulſa: magnificis edificijs: pulchris ſtratis & pla
teis: menibus: foſſatis: turribus: vallis: aggeribꝰ: pa-
leſtris: ſuburbijs: ſpeculis: machinis bellicis: armis:
equis: iaculis: tormentis: excubijs: nobilitate: militi-
bus: artiũ p̃ſtantia: ingeniorꝫ claritate imp̃ſſorie artis
origine licet in maguntiaco cõſummate ſalubritate
cœli atq; temperie / benignorꝫ ventorꝫ afflatu / mira
fluuiorꝫ copia / cõmuni venatus & aucupij libertate
fertilitate ſoli: viuis piſcibꝰ: paſcuis pratis: ortis: viri
darijs: lacubꝰ: piſcinis: armẽtis: feris: volatilibus: fru
gibus: vino: fructibus: diuitijs: erario: cõmercijs: ve
ctigalibus: portorijs: tributis: foro piſcario excellen-
tiſſimo: arcibus: caſtellis: predijs: pagis.

Quo pacto deus & ſua mater
hanc urbem tutabunrur.

Quibus om̃ibus: ſi urbs hec vr̃a nõ ad delicias: ſed
ad honeſtã ſui conſeruationẽ uſa fuerit: deo (a q̃ hec
oĩa recepit) gr̃as agens: religiõe & p̃ceptorꝫ ſuorꝫ ob
ſeruãtia: tũ deus ip̃e vr̃ę reipublicę: vigilãtiſſimꝰ erit
cuſtos: vobiſq; ꝓpitius eſt futurus: & clementiſſima
ſua mater dñã nr̃a: filiũ ſuũ vobis placabilẽ facilius

eſt reddítura/neq; em̄ mater ꝓ eis intercedit: qui filíj ſui voluntati aduerſant: & iuſſa cōtemnūt: ut ergo tum filiū tum matrē/ꝑcipuam patronā veſtrā: ſenti atis exorabilem/ filios veſtros litteris & virtutibus tradite: a voluptatibus letiferis cū ipſo mortali corpe perituris/a cōmeſſationibus vos ipſos & liberos veſtros cohibete: frugalitatē parſimoniā/humilitatem modeſtiā manſuetudinem amatote: diuinaſq; leges implere ſatagite: tum mater dn̄i noſtri: populum urbemq; veſtrā ſuis alis: ſuiſq; ꝑcibus tutabit: ſicut in maiori epíſtolaꝝ ſigillo: hoc verſu habetis inſcriptū: Virgo roga ꝓlem q plebem ſeruet & urbem.

Hec clariſſimi ſenatores veſtris grauiſſimis circūſpectionibus dedicaui: veſtro equiſſimo iudicio & exactiſſime illuminatiſſimoꝝ fratꝝ & filioꝝ veſtrorum domini Iacobi Merſchwyn & Sebaſtiani brant cenſuræ ſubijciens caſtiganda/nec eo animo veſtræ humanitates accipiāt/tanq; prudentiſſimos vos dominos erudire velim (q̄ mea maxima eſſet imprudētia) ſed ut integerrimā fidem feruentiſſimūq; meū in veſtram rempublicam affectum cognoſcatis/ haud (ut ſpes eſt) moleſte maturi/quod ea veſtra humanitate fretus/fideli ciui veſtro Iohanni Pruſ; ad illuſtrandam propagandamq; per vniuerſam criſtianitatem vrbis veſtræ gloriam & libertatē/ calcographia edenda & diſſeminanda nō denegaui. Quod de bono regimine/ de concordia de iuſticia de prudentia/ ceteriſq; virtutibus mentionē feci: nō eo qdem anīo a me factū eſt ut ea prudētiſſimo magiſtratui vr̄o & policie deeſſe credā: ſed generatim cōmemoraui: indicare volēs hec ceteris qbuſq; ciuitatibꝰ ac rebꝰpub

licis eſſe neceſſaria: q̄n etiā ob filios & nepotes vr̄os/ qui forſitan in teneris annis hec lecturi: ſentient viri tandem & adulti nihil ſibi detrimēti allatura

¶Finit germania ad rēpubli. Argē. I. w.
¶Sequit̄ Sermo de annūtiatione angelica

¶Epiſtola doctoris. S: Brāt ad doctorē keyſerſperg.

¶Eruditiſſimo magni noīs & famę theologo Magiſtro Iohāni Geiler ex Keyſerſperg argentineñ eccleſię cōcionatori p̄ſtantiſſimo Sebaſtian⁹ brāt, Salutē

a Riſtippū Socraticū philoſophū: cū e naufragio eiectus rhodū applicuiſſet: cū paucis quibuſdā comitibus: ibiq̧ in gymnaſio de philoſophia diſputās/ grādi erę donatus fuiſſet: quo nō tantū ſe: ſed eis quoq̧ q̄ una fuerāt veſtitū/ & cetera q̄ opus eſſent ad victū habūde preſtaret: Cū eius comites in patriā reuerti voluiſſent: interrogarētq̧ eū: quidnā vellet domū renūciari: ita reſpōdiſſe ferūt. Eos videlicet dicere debere ſuis cōciuibus: eiuſcemodi poſſeſſiones & viatica/ liberis oportere parari: q̄ etiā e naufragio una poſſent enatare. Ego vero preſtantiſſime magiſter/ rerūq̧ meaꝝ unicę p̄ceptor: cū pridē oratiunculam quandā Iacobi wimpfelingij viri undecūq̧ doctiſſimi/ in gymnaſio Heydelbergeñ nuꝑ ꝓ cōcione habitā ꝑlegiſſem: In qua nō modo de virginali annūciatiōe theologicę diſſerint: ſed & de bonis litteris & ſtudijs: deq̧ reformādis in adoleſcētia iuuenū moribus: virtutibuſq̧ inſerendis: ac poſtremo de pace & cōcordia inuicē in loco ſtudij uniuerſalis fouenda nō minus philoſophicę q̧ criſtianę ꝑorauit incre-

dile dictu eſt: quãta pfuſus fuerim leticia: Nam pfec to talẽ ſeſe ea in oratiõe oſtendit: q̃lem & diuturna il lius cõuerſatio: & ſtudiorꝫ ſuorꝫ pfeſſio: vitã illũ ha ctenus vixiſſe honeſtã & incaminatã: cũctis noticia ſui habentibus: in ppatulo claret. Nec facile aliter q̃ de ꝟtutibus rebuſq; bonis: bonꝰ vir loq poterit. Nã queãdmodũ gẽtilicię quędã familiarꝫ notę ferunt ut Seleucidarꝫ ancora: pelopidarꝫ eboreus humerꝰ. Ae nobarborꝫ rutila barba: ſic philoſophi omẽs: habere hoc ĩprimis veluti inſigne debent: ut ſint mendacij oſores: veritatis amatores. Quãq; aliqđ quoq; mẽ daciũ philoſopho cõgruit: ut cũ ſeipſe & ſua: extenu at: quali ſocrates ironia ferẽ eleganti uſus aduerſus inflatos ſophiſtas: cũ ſeſe diceret hoc ſolũ ſcire / q̧ ni hil ſciret. Talem plane & ſeipſum exhibet: hic noſter Iacobus: q cũ omniũ bonarꝫ artiũ per q̃ anxie erudi tus exiſtat: habitu tamẽ vitaq; & inceſſu / omniũ hu milimut ap paret: ur pene indocto / doctiſſimus ipſe aſſimilis eſſe puteẽ. Tradidit aũt ea in oratiuncula: e iuſmodi documenta: q̃lia tu ſuauiſſime magiſter ad populũ declamare ſoles: q̃ ſũt vera vitæ p̃ſidia qbus neq; fortunę tempeſtas iniq: neq; publicarꝫ rerũ mu tatio: neq; belli vaſtacio poteſt nocere. Id qđ & The ophraſtus docet: hortãdo bonos doctoſq; potiꝰ eſſe q̃ pecuniæ cõfidentes: dũ ait: doctũ ex omnibus ſo lum: neq; in alienis locis peregrinũ: neq; amiſſis fami liaribus & neceſſarijs inopem amicorꝫ: ſed in omĩ ci uitate eſſe ciuẽ: difficileſq; fortunę ſine timore poſſe deſpicere caſus. Sed ne vel longior hoc epiſtolio ſim q̃ negotij qualitas expoſtulet: fac amabo mi pręcep tor: & cũ qd ocij nactus fueris hãc oratiũculam legi to: & me ama. Argentinæ ex edibus noſtris. xv. kal. octobris. Anno Milleſimo quingenteſimoprimo.

# Peroratio

In nomine tuo dulcis ieſu chriſte.
De annunciatione dñica oratio Iaco
bi. w. Slet. ad illuſtrem uniuerſitatẽ
Heydelbergeñ in ſacello beate virgi
nis. ix. kaľ. aprilꝰ habita Anno chriſti
milleſimo quingenteſimo.

q Vi de magnis & arduis rebus / corã doctis et ꝓfundis viris: loqui volet / ſi nõ vel paulu lum expaueſcat: ille mihi vel de ſua doctrina memoria & eloquentia plus ſatis confidere / vel nõ modicam pudoris ſui partem amiſiſſe videť / & ego iam: nõ ſolum de magnis ſed maximis / non arduis ſed arduiſſimis incarnati verbi miſterijs. nõ corã doctis ſed doctiſſimis / nõ ꝓfundis ſed ꝓfundiſſimis ſacratiſſimarꝫ: & omniũ literarꝫ ꝓfeſſoribus: verba facturus: qd mirũ: ſi terrebor uſqꝫ adeo / ut vox & verba deficiãt: medio ſermone loquentis: verꝫ conſolať me veſtra primũ humaniſſimi patres benignitas omnes hoc in loco cõcionantes hactenus ſolita ſupportare: deinde obedientiæ cõmendatiſſima virtus: quę me huic oneri colla ſupponere coegit. poſtremũ ꝟo diuina pietas q̃ de ſeſe loquẽtibus preſto ſemꝑ adeſt cui rei inclitus cytharedus dauid aſtipulať inquiens: dñs dabit verbũ euãgeliſantibus virtute multa: diuinę vero pietatis opem impetrare me poſſe diffiderẽ / ſi ꝓprijs meritis & viribus dũtaxat inniti velim / qui peccator ſum maximus & ſpurciſſimus indignus exauditu / at veſtra interceſſiõe patres optimi fretus atqꝫ ſuffultus: diuini opitulaminis atqꝫ aſſiſtentiæ ſolatia conſequuturũ me ſperaui: precipue ſi ad inclytiſſimã dei matrẽ: ad ſpei noſtræ anchorã: ad eã q̃ gratia dei plena eſt / in qua verbũ hodie caro factũ eſt: ꝑ

# De annũtiatõe angelica

quẽ homo redemptus eſt; q̃ om̃is peccati expers eſt: quæ om̃i laude digniſſima eſt; ãgelicã mecũ delectet effundere ſalutẽ: Salutẽ quã ſumma trinitas dictauit Archãgelus gabriel attulit/ipſa domina noſtra pientiſſimis auribus excepit/Aue gratia.

¶Qui deũ hominẽ factum credimus: credimus quoq; a deo omniũ rerũ cõſtitutore: ſanctum incorruptibilem. incomp̄henſibilemq; ſpiritũ ꝓcedere: quẽ filiũ nũcupamus/patria virtute ac maieſtate pollentẽ: Eſſe eñ ſummi dei filiũ: qui ſit poteſtate maxima p̄ditus/nõ tantũ cõgruentes in unũ ꝓphetarꝝ voces/ ſed etiã triſmegiſti p̄dicatio: ſybillarũq; vaticinia demonſtrant: Hermes eñ triſmegiſtus his uſus eſt verbis: dñs & omniũ creator: quẽ deũ vocari cenſemus: ſecundũ genuit deũ: q bonus ei viſus eſt: & pleniſſimus omnium bonorꝝ: ſanctificauitq; & amauit quaſi filiũ: & ſybilla erithrea in carminis ſui principio (qd' a ſummo deo exorſa eſt) filiũ dei: ducem & imperatorẽ omniũ p̄dicat: omniũq; nutritorẽ & creatorẽ: & paucis inerpoſitis/ipſum cognoſce deũ qui dei filius eſt: Hic dei filius: hoc verbũ: hic deus viuus verus & eternus: poſt quinq; tandem ſecula ſuũ incarnem aduentũ (quẽ Moſes quẽ dauid quẽ ſalomõ quẽ reliqui ꝓphete & ardentiſſime deſiderauerunt: & mirifice vaticinati ſunt) implere dignatus eſt: poſtq; eñ venit plenitudo tp̄is: ſicut homo ſexta die conditus eſt de terra: p diuinæ manus virtutẽ & ſapientiam: ſic in principio ſextæ etatis miſſo archãgelo Gabriele ad virginẽ: & virgine illi p̄bente aſſenſum: ſupuenit ad eam ſpirituſſanctus: q̃ operante mox ex puriſſimis innocẽtiſſimiſq; eius ſanguinibus: corpus fuit formatũ: anima creata: & utrumq; ſimul diuinitati cõiunctũ: ut eſſet idem deus & homo: ſalua utriuſq;

Triſmegiſtus.

Sybilla.

73

ꝓprietate naturæ: O quantū refrigeriū: o quantū ſolatiū/diue virgini marie a ſpiritu ſancto collatum/o ſublimitatem virginis matris: o nobilitatem generis humani/peccatis de cetero minime contaminandā/ O diuinę maieſtatis admirandm ſtupendamq; condeſcenſionē atq; humiliationem.

Exclamatio.

¶Quippe ſi dei optimi maximi ſummā potentiā ſummā ſapientiā ſummā benignitatē clementiāq; animaduertere volumus/nihil eſt qđ cū impijs perfidis obcecatiſq; iudeis dicamus deū vel nō potuiſſe/ vel deo nō licuiſſe/humanā ſibi copulare naturā: qa em̄ op̄s potuit: quia ſapiētiſſimus ſciuit/quia clemētiſſimus voluit & fęcit: & dignitati ſuę indecens non erat: ſed & deū incarnari uniuerſis mortalibus nobis q; miſeris peccatoribus ope pretiū fuit: alioquin em̄ ſalui eſſe nō poſſemus/cū em̄ ꝑfecta hoīs beatitudo in vera dei cognitiōe cōſiſtat(q̄ cuiuſlibet creati & p̄cipue humani intellectus facultatē & vires excedit) neceſſe fuit quandā huiuſcemodi cognitiōis prelibationē: ſaltē ꝑ fidem in homine p̄cedere/ q̄ in illam beate cognitiōis plenitudinē dirigeret: eam ꝟo noticiā qua ſic in ultimū homo finē dirigit/oportet eſſe certiſſimā. Certiſſima aūt cognitio cuiuſpiā eſſe non poteſt/niſi vel illud ſit ꝑ ſeſe notū/vel in ea q̄ ꝑ ſeſe nota ſunt reſoluat. Id aūt qđ nobis ꝑ fidem de deo tenēdum ꝓponitur/nobiſq; neceſſariū eſt creditu/cū humanæ intelligentiæ neruos exſuperet. neceſſitas poſtulabat/ut ꝑ eū homini manifeſtaret/cui eſt per ſeſe notū/ad ꝑfectā igit de fidei veritate cōſequendā certitudinē/oportuit ab ipſomet deo hominem inſtructum iri: deo inq; homine facto ut homo humanitus ideſt ſecundum humanū modum diuinam percipe-

Neceſſitas īcarnatōis

ret inſtructionem/ſicut & ſummus & maximus theologus aſſeuerat inquiens/deum nemo vidit unq̃/ vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit: porro certiſſimam eſſe chriſtianæ fidei de diuina incarnatione noticiam/quiſnam de cetero dubitabit: ſi quidem quæ in lege & prophetis de meſſia ſcripta ſunt/optime chriſto domino noſtro(quem deum colimus & adoramus)quadrare videntur/ ſcripſere olim prophete tempus: ſcripſere locum: ſcripſere modum naſcendi:ſcripſere tenorem vitæ: & conuerſationis:ſcripſere mortis ſuę conditionem:ſcripſit moſes tempus:ſcripſit & Daniel. Moſes in geneſi ait. Non auferetur ſceptrum de iuda & dux de femore donec veniat qui mittendus eſt/ & ipſe erit expectatio gentium. A temporibus chriſti domini noſtri in hodiernum vſq; diem/vbinam apud iudeos regalis dignitas:vbi ſacerdotium:ubi ſumma poteſtas: daniel ait. Septuaginta hebdomades abbreuiate ſunt ſuper populum tuum/ & ſuper urbem ſanctam tuam/ut conſumetur pręuaricatio/ & finem accipiat/ peccatum/& deleatur iniquitas: & adducatur iuſticia ſempiterna/ & impleatur viſio & prophetia/ & vngatur ſanctus ſanctorum: quodcũq; ſpacium per hebdomadam intelligere velimus(maius autem ſeptem annorum interuallo intelligi nõ poteſt in ſacris litteris) conſtat id temporis puta quadringentorum & nonaginta annorum chriſto nato effluxiſſe/ ſiue ab undecimo anno regis Sedechie: ſiue a primo ãno Darij regis medorum: ſiue a reditu captiuitatis ſub Zorobabele: Siue a ſecundo regis Arthaxerſis regno computemus. Veteris etiam inſtrumenti pagina locum chriſtianæ natiuitatis commemorat. Micheas enim ait. Et tu bethleem effrata paruulus in

Meſſiã fruſtra a iudeis expectari.

Moſes.

Daniel.

Micheas

milibus iuda: ex te egrediet̃ q̲ ſit dominator in iſrael
xp̃m natũ et egreſſus eius ab initio a diebus eternitatis. & xp̃m
in bethleẽ. in bethleem ex maria virgine natũ eſſe certo conſtat
Yſaias. modũ deinde naſcendi Yſaias nõ obticuit dicens Ec
ce virgo cõcipiet & pariet filiũ: q̲s vero alius q̃ꝫ ieſus
Zacharias a virgine natus uſpiã legit̃: tenor etiã vitę a ꝓphetis
p̃nũciatus xp̃o aptiſſime cõgruit. Dixit em̃ zachari⸗
as de humili ingreſſu xp̃i ad iudeos: Exulta ſatis filia
ſyon: iubila filia iheruſalem: ecce rex tuus veniet tibi
iuſtus & ſaluator: ipſe paup̲: & aſcẽdens ſup̲ aſinã &
pullum filiũ aſinæ: Adde ꝙ & ingreſſum mortemq̲ꝫ
dñi noſtri Yſaias vaticinatus: nõ minus ipſam veri⸗
tatem p̃dixit/quã ſi ꝓprĳs oculis uniuerſam paſſio⸗
nis dñicæ ſeriem p̲ſpexiſſet/cũ itaq̲ꝫ oñia q̃ de futu⸗
ro meſſia ꝓphete p̃dixerũt: tẽpus: locus: modus: or
tus: tenor uite: cõditio mortis: aptiſſime xp̃o q̃drent
Eum eſſe veꝝ meſſiã in lege & ꝓphetis ꝓmiſſum/
q̲s niſi mentis inops: & excors diutius dubitabit: q̲s
Marranus (inq̃ꝫ) niſi marranus arrogans & capitoſus: q̲ nequa⸗
Capitoſus q̃ꝫ ſuũ ingeniũ & intellectũ ſcripturaꝝ ſententię ſub
ĳciẽdũ & accomodandũ: ſed oẽs ſcripturas ad ſuũ ca
put ingeniũ & ſuã ſtolidã phantaſiã referẽdas trahẽ⸗
daſq̲ꝫ eſſe arbitrat̃. ꝓfuit deinde incarnatio diuina no
bis ad beatitudinem tendentibus/ne deſperaremus:
ꝓximã & immediatã dei viſionẽ (in q̃ hoĩs fœlicitas
cõſiſtit) conſeq̲ poſſe: perinde atq̲ꝫ humanus intellec
tus: ob immenſam naturaꝝ diſtantiã/ diuinæ abſq̲ꝫ
medio eſſentiæ /nõ poſſit uniri/ſicq̲ꝫ in ingrenda fœ
licitate homo deſperaret/deſperãdo tepeſceret/tepe
ſcendo beatudinẽ nunq̃ꝫ aſſequeret̃. Veꝝ poſtq̃ꝫ de⸗
us humanitatẽ ſibi tam artis ꝓpinquiſq̲ꝫ & inſepara
bilibus nexibus uniuit: ſperandũ eſt utiq̲ꝫ nr̃e mẽtis
aciem poſſę diuinæ q̃q̲ꝫ eſſentiæ copulari: Et quid ni

ſperemus hoĩes nos tãdem poſſe beari: cũ ꝓpter nos beãdos: deus nõ ſolum noſtrã induerit humanitatẽ ſed & eam aſcẽdens ut ſpem noſtrã ſurſum eleuaret ſuꝑ omẽs celos / ſuꝑ omĩa ſidera: ſuꝑ omẽs thronos collocarit: huic ſpei ꝓfundiſſimus & omniũ doctiſſimus theologus aurelius innixus eſt: cũ ad xp̃m conſtantiſſime referret. Tu es reuera tota ſpes & fiducia mea: eſt ẽm in te deo meo & dño iheſu xp̃o dulciſſimo: benigniſſimo atq; clementiſſimo uniuſcuiuſq; noſtrũ portio ſanguis & caro / ubi ergo portio mea regnat / ibi regnare me credo: ubi ſanguis meus dominat: ibi dominari me cõfido: ubi caro mea glorificat: ibi glorioſum me eſſe cognoſco quãuis peccator ſim: de hac tamẽ cõmunione gratię non diffido: & ſi peccata mea ꝓhibent: ſubſtãtia mea reqrit: & ſi delicta ꝓpria me excludũt: naturæ cõmunio nõ repellit.

Aurelius auguſtinꝰ theologus

¶Poſtremũ dñica nos incarnatio (niſi hallucinari velimus) ad ꝟtutes excitare poteſt & debet / neq; ẽm ſola fides / neq; ſola ſpes ſatis idonea eſt ad ſalutem / ſed p̃claris virtutibus opus eſt: quaꝝ nobis xp̃s exẽplar & viuã doctrinã dedit: quas & p̃dicauit & impleuit: q̃ tametſi omniũ nobis virtutũ hortamẽta verbo et opere inculcarit: potiſſimũ tamẽ ſua incarnatio ad tris virtutes nos merito debet excitare: humilitatem inq; caritatẽ & zelum animaꝝ. nã & xp̃s homo factus: & inter homĩes cõuerſatus: ſummã humilitatẽ / ſummã caritatẽ: ſummũ animaꝝ zelum viſus eſt p̃ ſe ferre: qs ẽm in uniuerſa vita ſua humilimus: xp̃s: qs caritate pleniſſimus: xp̃s: quis maximus animaꝝ zelator: xp̃s: ut erga diuina incarnatio nobis exẽplo ſit / nobis efficax ſit: nobis fructuoſa ſit / ſectemur humilitatẽ: ſectemur caritatẽ: ſectemur zelum animaꝝ humilitatẽ aũt tũ demũ ꝑfecte ſectabimur: ſi cõſue-

Incarnatio excitat ad virtutes

zelum.

Humilitatis ſigna

uerim⁹ hũilia ſapere hũilia velle: nõ tã curioſa & ſub
tilia quã fructuoſa & utilia diſcere: docere/ perq̃rere
diſputare ſi didicerim⁹ eſſe tractabiles: eſſe ꝑſuabiles
bonis cõſentiẽtes: minus ꝓprio quã alieno cõſilio fi
dentes: nõ nos iactantes nõ iuſtificãtes: nõ magna ꝓ

Incarnatio ꝓmouet ad caritatẽ

mittentes/ nõ ſollicite excuſantes. Sectemur p̃terea
fraternã caritatẽ/ & mutuã inter nos cõcordiã: vnio
duarꝫ diſtantiſſimarꝫ in una hypoſtaſi naturarꝫ: ſit (p̃
cor) cauſa vnionis & unitatis voluntatũ noſtrarꝫ &
animarꝫ in una noſtra achademia/ utraqꝫ natura per
manſit ꝑmanet & ꝑmanebit in xp̃o/ neutra alteram
abſorbuit: nec una in aliã eſt cõuerſa: ſic & ſint: ꝑma-
neãt/ vigeãt: floreãt in nr̃a uniuerſitate: diuerſę facul
tates & vię diuerſe burſe: nullã aliã ſupprimere dele-
re aut eradicare moliat᷑. liceat dñis meis theologis di-
uerſa opinari. in materijs opinabilib⁹: maneat tñ uni
tas: maneat caritas: maneat tunica vniuerſitatis nrę
inconſutilis. liceat dñis meis iuriſcõſultis diuerſa opi
nari in materijs opinabilibus. ut hic baldũ alter bar-
tholum imitet᷑/ maneat tamẽ unitas: maneat caritas
maneat tunica uniuerſitatis noſtrę incõſutilis: liceat
medicis: liceat philoſophis: liceat artiſtis: liceat logi-
cis & methaphiſicis diuerſa opinari in materijs opi-
nabilibus: maneat tñ unitas: maneat caritas: maneat
vniuerſitatis noſtrę tunica inconſutilis.

Reprobat᷑ diſcordia gymnoſo-rum.

Quod ſi allecto. theſiphone. ſiue megera amicitiã
tollere: beniuolentiã extinguere: & caritatẽ eradica-
re/ inimicitiam & rancorem & ſimultatem inſerere/
inuidiam ſuſcitare/ diſcordiam fouere nititur. ſugge
rens & inſtillans cuipiam affectionẽ ſingularẽ opini
onis/ vię/ diſciplinę doctoris/ cui ꝑtinaciter & teme-
rarie inhereat/ uſqꝫ ad factionẽ: uſqꝫ ad odium. ad de
tractionẽ ad infamiam ad cõtẽptũ proximi philo-

ſophi & cõfratris in xp̃o/ ꝓpterea qđ alteri vię: diſci
plinę: opinioni. & ab eccleſia nondũ reprobate adhe
ret/ is audiat diſertiſſimũ & eloquẽtiſſimũ theologũ  Lactãcius
firmianũ ita loquentẽ: incredibilis eſt error illoꝝ/ q
cũ aliq̃ ſectam vel opinionẽ ꝓbauerint/ eiq; ſeſe ad⸗
dixerint/ ceteras damnant/ tanq̃ falſas & inanes: ar⸗
mantq; ſe ad p̃liandũ/ nec qd defendere debent ſcien
tes/ nec qd refutare/ incurſantq; paſſim ſine delectu
om̃ia q̃ aſſerũt/ quicunq; diſſentiũt/ crediderim ego
quendã pariſienſem (de q̃ celebratiſſima & vulgariſ⸗  Hiſtoria de
ma parienſium hiſtoria terribiliter cõmemorat) vel  ſophiſta
ob ſupbiam vel ob inuidiã: vel ob ꝓteruam: ceruico  parienſi
ſam/ amarã/ tumultuantẽ/ capitoſam: puicacem opi
nionũ ſuaꝝ inheſionẽ & defenſionem: aut forſitan
ꝓpter ppetuas diſceptationes & cauillas in rebus in⸗
utilibus: q̃ neq; ad dei gloriã neq; ad reꝝ publicaꝝ/
incrementũ: neq; ad animaꝝ ſalutẽ referri vel cõduce
re poſſunt: ppetuo eſſe damnatũ: q cũ ſecreto dei iu⸗
dicio (q eſt terribilis in cõſilijs ſup filios hominũ) uni
ex ſuis cõſcholaſticis ſibi noto dũ adhuc ſuperſtes eſ
ſet/ paulo poſt apparẽs damnationẽ ei ſuã aperiret/
impulit eũ mundũ deſerere/ ſacroſanctã religionẽ in
trare: & hoc diſthicon excudere/. ✠.  Diſthicon

Linquo coax ranis: cra coruis vanaq; vanis
Ad logicam pergo/ quę mortis non timet ergo

Quod ſi aliq̃ Eumenidũ aut furiaꝝ: ſiue cerberꝰ aut
pluto: amicitiã tollere: beniuolentiã extinguere: ca
ritatẽ eradicare: rãcorẽ & ſimultatẽ inſerere: inuidiã
ſuſcitare: diſcordiam pſuadere: zizaniã ſeminare vo  Diſcordia
let ex affectiõe rei priuate/ ex cõmodo ꝓprio: nulla  ex como⸗
habita reipub. ratiõe/ heu quã abſonũ: quã abſurdũ  do ꝓprio
auariciã regnare inter phos: inter chrianos inť theolo  orta repro
gos inť gymnoſophiſtas: inť bonaꝝ artiũ & ✠tutũ p̃  batur.
ceptores/ auariciã quã gẽtiles quã iudei quã chriani

79-3

tantopere damnāt: vituperāt: execrant̄. Audiamus
pithagoraſ gentiles & in primis pythagorā. Pythagoras ait. De
pecunijs q̄ ex his elementis( q̄ caduca ſunt)cōſtant:
Ariſtotel. nunq̄ cū amicis cōtendamus. Ariſtotetiles. Illibera-
Cicero. litas ſiue auaricia inſanabilis eſt. Cicero. Nihil eſt tā
anguſti animi tamq̄ parui quā amare diuitias: audia
Salomon. mus hebreos. Salomon in pabolis ait. Qui feſtinat
ditari nō erit innocēs. Idem in eccleſiaſte Auarus nō
Eccliaſtic⁹ implebit̄ pecunia. Eccleſiaſticus. Auaro nihil eſt ſce
leſtius: & nihil eſt iniquius q̄ amare pecuniā. Audia
Criſtus. mus criſtianos. Criſtus ait. videte & cauete ab omni
auaricia: quia nō in abūdantia cuiuſq̄ vita eſt eius ex
Paulus his q̄ poſſidet. Paulus ait. radix oīm malorꝝ eſt cupi
Lactācius ditas. Lactancius. Magni & excelſi animi eſt deſpi-
Gregorius cere & calcare mortalia: ideſt diuicias. Gregorius de
auaricia: ꝑditio: fraus: fallacia: ꝑiuria: inquietudo: vi
olentiæ: & cōtra miſericordiā obturatōes cordis ori
hieronim⁹ unt̄. Hieronimus. Facile contemnit oīa q ſe ſemꝑ co
gitat moriturꝝ. Idem. Nō eſt eiuſdem viri aureos nū
Ambroſi⁹ mos & ſacras literas ꝓbare. Ambroſius. Ibi abūdan
tia ubi ſatietas. ubi aūt fames cupiditatis ibi īexplebi
auguſtin⁹. lis appetentia/ibi utiq̄ paupertas. Auguſtinus. Inex
plebilis eſt ſola auaricia diuitū/ſemꝑ eī rapit & nū-
q̄ ſatiat̄: nec deū timet: nec hominē reueret̄/nec pa-
tri parcit/nec matrē agnoſcit/nec fratri obtemperat:
nec amico fidem ſeruat/viduā opprimit/ pupillorū
res inuadit: liberos in ſeruitutē redigit. teſtimonium
falſum ꝓfert/res mortui occupāt quaſi non & ipſi q
Criſoſto hoc faciūt moriant̄. Chryſoſtomus. Nō amabit ꝓxi
mus. mū q aurū amat. & ne dicamur ſolos afferre oratores
Apochry- et poetas. citemus Thomā aqnatē: hoc tpe q antiquiſ
ſa reꝓbāt. ſimos ꝓbatiſſimoſq̄ religionis noſtre ꝓfeſſores: q
clariſſima mūdi lumina/q firmiſſimos eccleſię colū-

nas legerit: didicerit: verſauerit: is dicitur nõ theolo-
gos legere ſed oratores atq; poetas: & hoc infelici ſi-
dere: ſomniũ begutte/anilis fabula: phãtaſtica viſio
incerta reuelatio/ veriſſima & ſolidiſſima quatuor
euangeliſtarũ ſcripta equare aut inſtaurare poſſe vi-
dent. O germanicã ſimplicitatẽ: incertũ certiſſimo:

Exclama tio cõtra p̃ dicatores a pocrifos

apochrifum euãgelio: oculũ piſcis margarite vel uni
oni. ſtercus muris gariofolo: ſiliquas tritico/amurcã
oleo/feces limpidiſſimo vino: velle equiparare. Alius
forſitan hic inueheret (qđ longe a me abſit) nã ſi inue
here/ſi carpere/ſi detrahere: ſi lacerare ſi mordere/ſi
pungere ſi male loq̃: ſi maledicere eſſet p̃dicare opti-
mi eſſent cõcionatores & p̃dicatores: viliſſimi q̃dam
homines: q̃ placentulas rotundas parũ mellitas pin-
ſunt/ex collo vicatim geſtant exclamãt vendũt: va-
ſiſq; ludo euacuatis in altũq; ſuſpenſis: ante edes ho-
ſpitũ: altero pede ſtantes in aqua: & manu altera vi-
trũ tenẽtes: eorũ q̃ ludo victores fuerũt/mores: vitã:
virtutes: titulos: inſignia: merita: pulchre & lauda-
biliter vociferãdo deſcribũt. Ego vero mihi pſuadeo

Quatuor euãgeliſte ſufficiẽter deſcripſe-rũt hiſtori-am paſſio nis chriſti.

Euãgelicã hiſtoriã eſſe abſolutiſſimã eſſe cõſumma
tiſſimã: eſſe pfectiſſimã: & ipſam dñice q̃dem paſſio
nis: ſatis eſſe idoneã & ſufficientẽ: ad inflãmandum
affectũ noſtrũ: ad excitandã in nobis deuotionẽ: niſi
ſaxea corda geramus: qđ ſi p hac veriſſima ſentẽtia:
quid cõfuſionis pferre me cõtigerit: idipſum tibi ma
thee. tibi marce: tibi luca: tibi ioannes euãgeliſta cõ-
mitto: res agit vr̃a. de his ſatis Thomas ait. Auaritiã

Thomas de aquino

peccatũ eſſe in pximũ in ſeipſum auarũ: in deũ: q̃ne
tiã ipſos ſenes/q̃ pter nature defectũ auidius exte-
riorũ rerũ ingrũt ſubſidia (ſicut & oĩs indigẽs querit
ſue indigentie ſupplementũ) ſanctiſſimus & ampliſ
ſimus doctor thomas/ab hoc peccato nõ vult excu-

Exercitia theologorũ ſunt trahẽda in affectum & praxim.

ſatũ iri: ſi debitã rationis menſurã circa diuitias exce
dere videantur. ¶Quod ſi tantorꝫ patrũ auctorita-
tibus atq; ſententijs nequaq; ꝑmouemur atq; flecti-
mur ad liberalitatẽ: ad cõtemptũ diuitiarꝫ unde con
cordia & charitas inter nos cõſeruet̃: ſi poſt tot lectio
nes poſt tantas diſputatiões poſt reparationes poſt
reliqua exercitia & actus ſcolaſticos de virtutibus de
humilitate: charitate: de liberalitate: de deuotiõe: ꝑ-
manſerimus vitioſi: ſupbi: inflati: inuidi: diſcordes:
auari: indeuoti: qd nobis ꝓderit eruditio ſine affectu
lectio abſq; deuotione: induſtria abſq; pietate: ſcien-
tia abſq; charitate: intelligentia abſq; humilitate: ſtu
dium abſq; gratia et diſputationes clamoſę abſq; no

Fructus concordię

ſtra operatiõe. Omitto hic: qd' nobis potiſſimũ con
cordia atq; charitate opus eſt: qm̃ charitate & cõcor
dia reſpublica creſcit: charitate & cõcordia religio flo
ret: charitate & cõcordia pueri bene & ſalubriter in-
ſtituerent̃. charitate & cõcordia vincit̃ hoſtis. Chari-
tate & concordia vniuerſitas noſtra amplificaret̃. O-
mitto q; principes cõtra nos irritant̃ / principũ ſuſur-
rones nobis detrahũt: nobiles nos ſpernũt. Laici opi
do nobis ſunt infeſti / uſq; adeo: ut fere pueris ſimus
cõtemptui. Omitto / q; in eadem natione in eadẽ lin
gua in eadẽ ciuitate in eadem achademia ſub eiſdem
ſtatutis ſub eiſdẽ priuilegijs ſub eodem nobiliſſimo
mãſuetiſſimo piẽtiſſimoq; principe: ſub eodẽ digniſ
ſimo capite ac rectore: in eadem ſchola criſtianorꝫ &
xp̃i cõuerſamur: xp̃i inq; / in q̃ nõ eſt gentilis & iude
us: nõ circũciſio & p̃putiũ: nõ barbarus & ſcita: non
ſeruus & liberi: Liceat nobis addere: nõ eſt antiquus
& modernus. Et ꝑfecto / nemo dubitet maximũ flo
rentiſſimũq; pariſienſe gymnaſium tandẽ labefacta-
ri poſſe / ſi il lic caritas & cõcordia defuerit: in q̃ tamẽ

ſunt/etiã in eodẽ collegio:q diuerſa opinant̃/ cõtra-
rios doctores imitant̃/in pħia & in ſacris literis/ ſunt
& illic/q publice literas humanitatis legũt/ taceo de
grecis & ad pariſienſis achademię ſimilitudinẽ & ex
emplar:nr̃m hoc gymnaſiũ: fundatũ eſt:inceptũ eſt
inſtitutũ eſt. Vt ad finẽ ꝓperemus(qm̃ hora labitur)
¶Tertiã p̃cipuã virtutẽ ad quã nos excitet ĩcarnatio
verbi diximus zelum animarꝝ: Animarꝝ zelum pro
pono/nõ oĩbus:ſed eis quorꝝ intereſt: vobis loq̃r:
humaniſſimi obſeruantiſſimiq̃ꝫ mihi patres & p̃cep
tores:q noſtrę Achademię capita:q rectores:q ſup-
mas colũnas:q quarũlibet facultatũ doctores geritis
quippe ſi videritis vnq̃ꝫ reliq̃s burſarꝝ collegiorꝝ pe-
dagogiorꝝ & cuiuſuis paleſtræ literarie p̃ceptores ſu
os diſcipulos ꝑfunctorię ignauiter negligenter inter
polatim abſq̃ꝫ feruore & ſedulitate inſtituere/inania
docere:neceſſaria p̃termittere/ ſcolares & alumnos
ſuos malis exẽplis corrũpere:hoc eſt manifeſtis pec-
catis ſcãdaliſare/ indignos extollere: lectiones quas
formales vocãt ſi q̃ ſteriles eſſent nõ in melius cõmu
tare. Si videritis innocẽtiſſimos bonorꝝ hoĩm filios
huc ſtudij cauſa miſſos ( q̃s ſibi parentes ſperabãt ſe-
nectutis ſuæ baculos eſſe futuros) a neq̃ſſimis ſcele-
ratiſſimis ſæuiſſimiſq̃ꝫ graſſatoribus(ne dicã latroni
bus) q humanũ ſanguinẽ precipue ſcholariũ & cleri
corꝝ oĩmq̃ꝫ eorꝝ q ſacerdotiũ redolẽnt ſitiũt:crudelit̃
inuadi:crudelius vl̃nerari:crudeliſſime iugulari atq̃ꝫ
trucidari(Videmꝰ nõ ſolũ eq̃tes & infimos ſclauos/
ſed etiã ciues:ciuiũ filios:artifices artificũ ſeruos:&
fere oẽs q nõ ſunt ex nr̃o gremio/lõgos enſes aut pu
giones ſupra ſiniſtrũ genu ex trãſuerſo deferre: ſi id
ad pacẽ aut ad ſecuritatẽ inermiũ ſcolaſticorꝝ deſerui
at nõ ſatis video) Vr̃m mihi videt̃ eſſe officiũ: in his

Incarnatio moueat ad zelum animarum

Exhortatio ad dños doctores

Digreſſio.



83

& alijs multis(quorum hic nõ eſt narrandi locus)de re-
medio cogitare oportuno. Apud vos em̃ eſt auctori
tas/eſt ſcientia/eſt poteſtas:eſt experientia/eſt etas/
eſt ſumma rerum:ſunt pinguiores intrate:quas dei do-
nio & apoſtolicę ſedis gratia:ad ꝓpagandã fidem ca-
tholicã/ad tutandã ſacroſanctã romanã eccleſiã:ad
defenſandã amplificandamq; iuſticiã/ad diſſeminã-
das atq; diffundendas bonas artes & ſcientias:ad de
fenſionẽ ad ꝓfectũ ad utilitatem ſcholariũ accepiſtis
cũ bona venia & benigna ſupportatione humaniſſi-
morum meorum(quos & colo,&obſeruo) p̃ceptorum hæc
dixerim:bono zelo:ex ſola caritate:qua eos om̃es&
ſingulos in viſceribus pietatis cõplector: ex deſide-
rio incremẽti uniuerſitatis noſtrę:ex deſiderio ſalu-
tis animarum ſuarum:teſtimoniũ mihi p̃bente cõſcientia
mea: nõ cupiens docere/qd' ꝓcula me abſit/nondũ
em̃ tam hebes & ſtolidus ſum:ſed cupiens pię mone
re hortari cõmmonefacere ſicuti puulus filius iuſſus
excitat patrẽ ſuũ a ſomno dormientem Et vos burſa
rũ collegiorum pedagogiorum aut cuiuſuis paleſtrę litera
rię pręceptores in xp̃o ieſu exhortor/ne cõtemnatis
unũ ex puſillis iſtis: ꝑ qbus deus hodie incarnatus
eſt:habete rationẽ eorum: q vobis & veſtrę fidei com-
mendati ſunt: ꝑ qbus ſup̃mo & infallibili iudici deo
diſtrictã & exactam eſtis rationẽ reddituri. Vigilate
& circũſpicite(quantũ in vobis eſt) ne tẽpus ꝑdant/
ne floridã adoleſcentiã eneruent/ne rem diuinã ne-
gligant:ne abſq; ſolido rudimentorum fundamẽto ru
inoſam ſtructurã ſupedificent: ne ludo: lenocinio/
luxu: paternos & auitos ſudores ꝓfundant. Et vos
o ingenioſiſſimi elegãtiſſimiq; adoleſcẽtes & ephœ
bi:mihi in xp̃o dilectiſſimi: nulla vel viæ vel burſæ
habita differentia aut delectu. Grati ſemꝑ eſtote diui

Officiũ doctorum in vniuerſitatibus legentiũ

Exhortatio ad rectores burſarum

Exhortatio ad ſcholares.

nae p vobis incarnationi: Timete deũ q p vobis hodie incarnatus eſt: diligite xp̄m q p vobis paſſus eſt Amore xp̄i ſaltem abſtinete a vitijs & peccatis, aſſueſcite bene honeſte virtuoſeq; viuere in adoleſcentia veſtra: & erit vobis leue in ſenectute. Sectamini cõſiliũ Ciceronis / q ait. Optima forma viuendi adoleſcentibus eſt eligenda: quã iocundã reddat cõſuetudo. Auſcultate marone dicentẽ. Adeo in teneris aſſueſcere multũ eſt. Cõſolet vos Ouidius: q ait: quod male fers aſſueſce feres. Moueat Horacius qui dicit. Nũc adbibe puro pectore verba puer / nũc te melioribus offer. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorẽ Teſta diu: moueat vos poeta Iudeus: qui ait. Bonũ eſt viro ſi portauerit iugum dñi ab adoleſcentia ſua: & bonũ erit vobis cũ facti fueritis viri: ſi portaueritis iugum dñi ab adoleſcentia veſtra: qđ ſi fęceritis puenietis ad letã trãquillam iucundã ſecuramq; ſenectutem ſicut Baptiſta Mantuanus ad dñm falconem terſiſſime ſcripſit.

Cicero. Virgilius. Ouidius Horatius. Hieremias Baptiſta mãtuanus

Cur tibi tam leuis eſt cur tam iucunda ſenectus
Libera quod vitijs tota iuuenta fuit

Et Cicero. Conſcientia bene actę vitę multorũq; beneficiorũ recordatio iucundiſſima eſt. Cogitate optimi adoleſcẽtes paternã p vobis curã & ſolicitudinẽ ſatiſfacere ſtudeatis ſpei parentũ veſtrorũ & neceſſariorũ expectationi: q vos arbitrant hic veſtris magiſtris & p̄ceptoribus obedire obſequi atq; deferre: nõ more canis rabidi p vicos circũuagari. Nocte domi in burſis collegijs & hoſpitijs manere: corporũ mẽbrorũ & vitę periculis vos nõ exponere: equitũ irritamenta floccipendere. Etiam ſi furioſus eques: per vicos deãbulans armis inſtructus: quempiã e vobis inclamet: ſubſannet / oculo toruo inſpiciat: brachijs

Cicero. Equitũ inſolentię p̄uipẽdende

aut humeris obtructat: ad pugnã ad rixã laceſſere: &
ꝓuocare cupiens: ut habeat occaſionem vulnerandi
boni pij manſueti bene morigerati adoleſcentis eſt.
oĩa hæc irritamenta contemnere: ꝓ nihilo ducere/
ſurda aure tranſire: & nequaq̄ par pari referre: ſed in
tra ſe cogitare: quã furioſus quam veſanus eſt homo
iſte: miſereor vecordiæ miſereor inſaniæ ſuæ: & ita
ſapientia vincit maliciã. ſicut ſcriptũ eſt: Sapiẽtia vin
cit malitiã. Sapiẽtia gymnoſophiſtarꝫ & ſcholaſtico
rũ vicit maliciã equitũ ſatellitũ carnificũ furciferorꝫ
malitiã: quoniã ꝑfecto mali ſunt/immo peiores ſce

Equites in nocẽtem adoleſcẽtiã vulnerãtes peiores ſũt lictoribus

leratiores flagitioſiores lictoribus & apparitoribus:
Hij eñ neminẽ occidunt: niſi quẽ iuſta prius ſenten
tia decreuerit ultimo ſupplitio dignũ/illi vero teme
ritate ꝓpria/ex ſolo odio/ex ſola ſiti humani ſangui
nis: abſq; oĩ culpa: abſq; omni cauſa: & notos & in
cognitos nõ laceſſiti: nõ offenſi: quinetiã innocen
tiſſimos necare/neq; veruntur neq; erubeſcunt. Ha
beat pius adoleſcens in memoria ſua/ hoc licet leue
ac puerile in verbis ac ſtilo: tamen verꝫ & utile in ſen
tentia diſtichon.

Diſthicon

Hoc ſcio pro certo quod ſi cum ſtercore certo.
Vinco vel vincor ſemper ego maculor

Deſcribũt plebei equites

Et quidnam hic aptius per ſtercus intelligere poſſu
mus/quam hoc miſerabile genus hominũ: q ſe ani
mas immortales habere neſciunt. Quoniã philoſo
phi non ſunt: qui tartareas pœnas & ſempiternas ig
nes ſibi preparatos eſſe non credunt: qm̃ veri crhiſti
ani non ſunt. Siquidem a teneris annis inter equorꝫ
ſtercora ſpurcitiaſq; ſunt educati: non loquimur de
nobilibus/ſed ignobilibus. ſed de plebeis ſed de infi
mi & obſcuri generis hominibus/qui ſunt filij agri
colarum/agrorꝫ & aratri deſertores: Satiſfacite opti

mi adoleſcentes/ſpei parentum/qui vos arbitrantur hic non theatra: non ſpectacula: non thyaſos: nō offi cinas aromotarioꝝ: non fornices: non tabernas: nō paleſtras pugilū: ſed paleſtras philoſophicas: ſed bur ſas ſed lectoria: ſed templa frequētare: bonis artibus intendere: utiles ſcientias imbibere: bonos mores ap prehendere: egregias virtutes ꝓſequi: Romanā lin guam perdiſcere: ut eis quandoq; ſolatio toti familię veſtræ honori: Vobiſipſis utilitati: & reipublicę co modo eſſe poſſitis. Letificate rogo parentes veſtros ut ipſi tandem vobiſcū in iucundiſſimo fœliciſſimo q; verbi incarnati aſpectu perpetuo cōgratulentur.

Dixi.

¶Finit collatio ſeu peroratio Ia.w.S. Impreſſa per induſtri um Iohannem priſ Ciuem Argentineñ. Tredecimo ka lendas Ianuarij. Anno Mille ſimo quingenteſimoprimo

44

z

1 2

RARA

480/75/03801(0)

X13<7503801000013

RAL-RG 495

Buchbinderei
JACOB KOHNERT
1 Berlin 12
Wilmersdorfer Str. 60.61
am 3.12.76

Freie Universität Berlin